 siones /z appropriatae qualitates. simili-
 ter sunt appropriatae passionis.

De septima regula. H.

Qd. 7. de. 10.



Septima regula querit de
 tpe: z tot habet species /
 quot habet scda regula et
 tertia z nonaz decima. Et
 hoc facimus: quia essentia
 tēporis est valde difficilis
 ad intelligendum. Et primo applica-
 mus regulam. h. ad regulā. c. p primam
 speciem regule. c. Sicut quando querit
 intellectus qñ esse: Et rñdendū est: q tūc
 est /qn suum esse est. Et p scdam specie
 respondendū est: q est tūc qñ habet suas
 partes sibi essentielles. ¶ Itē respondendū
 est p specie tertiā /quādo intellectus est
 in alio: z tunc est in alio quando agit in
 ipso /sicut intellectus practice in subiecto.
 ¶ Quarta species est: qñ querit /quādo
 habet intellectus aliqd in alio: Ad quod
 respondendū est: q tūc qñ intelligit si-
 militudinem. illius: et sicut diximus de
 intellectu p regulā. c. ¶ Per primā vero
 speciem regule. d. respondendū est: q ips
 est essentia pmutua /eo q no est de alia
 essentia producta /neqz genita /sicut pri-
 ma materia q no est de alia materia de-
 ducta /z sicut prima forma no est de alia
 forma. Et sic ips inqtu primitiuū est: est
 prima forma ex q causant sue forme par-
 ticulares sicut dies /z horoz reliqua.
 ¶ Per secundā speciem regule. d. mediā
 te motū continēte in se mouere /mouens
 z motum suu mobile: est de tēporificati
 uo /tēporificabilis z tēporificans: tamē no
 dico q ips z motus sint ides per essentiaz /
 sz sunt duo habitus ex quibus subiectum
 est habituatu z passionatu. ¶ Per tertiā

Essentia
 tps diffi-
 cilis ad in-
 telligēdu
 Regula

h ad d
 1^a q n r est

2^a q n r aliqd fac

3^a cinn r

Propria

Appropriata

Qualitar
 Duas hz
 spm

Regla mo
dalis.

Species
scda instru-
mentalís.

specie regule. d. dicitur qd tempus est sub-
ditu agenti in agibili p agere: eo q sub-
stantia de ipso induit se naturaliter siue
moraliter. ¶ Per regulá modale intelli-
gendu est qd tempus consistit in mouete/ mo-
uere/ z mobili/ siue mouet/ z hoc habitua-
liter/ sicut pars in parte substantialiter.
Et similitudo ipis consistit/ sicut figura p
preteritú/ presens/ z futurú: sicut in ha-
bitu caliditatis sunt figura/ calefactio/ z
calefactibilis/ calefacere. Et in motu: mo-
uere/ mouens/ mobile/ siue motu. ¶ Per
specie scdam instrumentale. R. Tempus est
instrumentu substantie cu motu/ vt sub-
stantia possit agere: in subiecto autē sit
agibilis/ z sua agibilitas est figura per
tempus z motu. Et in illo passu apparet
p que modu intellectus attingit vere et
realiter essentia tempis. Et q hoc sit veru
probabile quide est p diffinitiones princi-
pior z per regulá. b. c. d. e. f. g. Veritatem
oportet q intellectus valde alio z clar-
sit/ z etiá a confusione z dubitatione re-
motus/ ratione preparationis materie
z subiective z obiective.

z huiusmodi. ¶ Itē loq cognoscit p pri-
ma specie regule. d. qm scilicet intellectus
est primitiu ipso nō habere aliqd pre-
iacens ex quo sit deriuat/ materialiter:
sic locus est primitiu inqstū est genera-
lis/ ipso existēte vna parte vniuersi. ¶ Ipe
no quo ad primam specie nō est sensibilis
neq un- ginabilis/ s; intelligibilis tm.
Veritatem p scdam specie regule. d. sua
figura visibilis z imaginabilis est/ nō di-
co fm essentia. Per tertiaz specie regule
d. locus est collocat/ possidentis locu: sic
calefactu poss det caliditate ipso ha-
bituato caliditate. ¶ Per has tres spe-
cies attingit essentia loci/ p intelligere
tm. Ita q locus particularis in subiecto
substantato: est diffusus/ z deriuat a lo-
co vniuersali in subiecto vniuersali sub-
stantatus. Qui quide locus vniuersalis
collocat oia collocata. Sicut oia calida
sunt calida p vniuersale caliditatem. Et
sic oia mota sunt mota p modu vniuers-
alem. ¶ Per regulá de modalitate lo-
cus cognoscit. ¶ Jam per hoc q pars est
in parte/ sicut ignis in aere z ecouerso/
vt pz in elemēto. z forma in materia
z ecouerso. Et oia partes sunt in toto/
z ecouerso: z totu extra se trāsmittit suaz
similitudinē/ siue suā figurā: sicut vnus
locus in alio p accidēte/ z oia loca parti-
cularia sunt in loco vniuersali. Et figura
loci apparet in cōtēte/ z inere z extē-
to. ¶ Altero locus cognoscit cū scda spe-
cie regule. R. Locus em est instrumentu
substantie/ cū q instrumentu collocat partē
in parte. Sicut habitua est in habitu
videlz/ bonus in bonitate z albu in albe-
dine/ z magnu in magnitudine/ z huius-
modi. Et figura huius instrumenti appa-
ret p sensum z imaginationē in colloca-
te farina in aqua/ z aqua in farina/ z hu-
iusmodi. ¶ Dixim de loco p discursum
quem fecimus de ipso/ mediāte regula
c. d. R. noticiā z cognitionē habemus de
eor/ hoc attestant diffinitiones princi-
pior z regula. b. c. d. e. f. g. h.

De octaua questione que est
de loco: signata per J.

Qd. 8. q. 8
de locis
signata
per J. de-
ce species
habet.



Octaua qstio querit de loco:
locus quereret vbi est intel-
lectus: Et ista regula siue
questio/ qndezqz habet spe-
cies: q sunt de scda/ tertiaz/
nona z decima regula. Et
primo de prima specie regule. c. sicut in-
tellectus q est in vbi/ quo essentiali z natu-
rali: scz in suo esse siue essentia: sicut ho-
mo q est homo in sua humanitate z suo
esse. Et etiá intellectus est in seipso fm
scdas specie: sicut siue partes in suo toto.
Per tertiaz specie est intellectus in aia siue
in hodie/ siue in loco in quo est homo.
Per quarta specie est intellectus in illa
virtute p qua hz habitū sciendi/ z etiam
est in illo subiecto in quo hz actū practi-
cū. Et sic de cōsimilibus. ¶ Per hanc regu-
lā querit vbi sunt res in loco/ z vbi sunt
res sine loco simpliciter: sicut intellectus
qui est in loco fm tertiaz specie z quartā/
nō est in loco fm primā z scdam. ¶ Qm
deduxim intellectū p locū: ideo aliqua-
liter cognouim locū mediāte regula. c.
videlz q locus: est ens cui. pprie cōpetit
locare ipso habente collocatiu/ colloca-
bile z collocare. Et est habitus in subiecto
collocato in q subiecto hz suum esse: sicut
caliditas est in igne/ z actio est in agēte/

Loci diffi-
nitioz quō
cognoscit.

De regula modalitatis: si-
gnata per K.



Qna qstio est de modo: scz
quere quō sunt res: Et ha-
bet qtuor species. ¶ Prima
qstio est: sicut querere
quomodo res est in se: sicut
intellectus est ens per se/
q intellectus hz modum essendi p se/ z
est remotus ab omni alia essentia. ¶ Se-
cūda species est: qui queritur quomodo

Qd. 9. de
regulamo-
dalitatis/
per K: si-
gnificata.

Secunda
species.

XV. Spr
habet.
Drimit
habet.
ubi sunt res in
loco, ubi sunt
loco simpliciter

quomodo res in se
quomodo in alio
quomodo in partibus suis
quomodo transmittit suam
similitudinem Ex in se

Tertia species.

Quarta species.

Tertia species.

Quarta species.

Diuisio instrumentorum
Substantialis
Accidentalibus
vniuersalis

Particularis

Intrinsicis

Extrinsicis

est intellectus in alio /z id aliud in ipso /
Et est respondendū q intellectus habet
modū essendi in voluntate : z volūtas in
ipso in quantum cum ipso et memoria /
anima rationalis cōstitui potest. ¶ Tertia
species est: quando queritur quomodo
intellectus est in partibus suis /
z sue partes in ipso. Et respondendū est /
q intellectus est in partibus suis /z sue
partes in ipso per istam naturam per
quam potest esse ex suo proprio intelle-
ctiuo / intelligibili z intelligere / z p quē
modum isti tres possunt esse partes ei⁹.
¶ Quarta species est: quando queritur
quomodo intellectus transmittit suam si-
militudinē extra se? Et est respondendū /
q intellectus transmittit potest extra se
suā similitudinē p habitū scientie: intel-
ligendo plures res quas intelligibiles
facit in suo proprio intelligibili. ¶ Per
hanc regulam queritur de modis secun-
dum quos quedā res habēt modū essen-
di per seipsas: z vna in alia vt supra di-
ctū est. ¶ Alterius intelligēdū est: q dif-
ferentia causat differentias. z sic est mo-
dalis ad distinguēdū res. Et concordantia
cōcordat plures res in vno cōposito.
Et sicut est modalis coniungēdo. Et sic
sequitur modus p quē pars est in parte
totū in partibus suis. Sicut in denario
in quo aurū est in argēto: z argētū in au-
ro / quolibet remanēt in sua essentia et
suo esse. Talis modalitas est ens gene-
rale sub quatuor modis modalitatibus pecu-
lariis: z subiectū ē similitudo ei⁹. Sicut
figura q̄ est similitudo substantie: z color
colorati z huiusmodi. Et modalitas mo-
ralis: est similitudo naturalis modalita-
tis. ¶ Et q hoc qd̄ dictū est de modalita-
te sic verū: probabile videtur esse ratio-
ne diffinitionū principiorū. Et per istas re-
gulas scilicet. b. c. d. e. f. g. h. i. Et hoc patet
artiste huius artis bene intuenti.

De regula JK: que est de instrumentalitate.

Decima qd̄ de instrumentalitate. Prima species.

Secunda species.



Ecima regula est de instrumentalitate: hoc est querere cū
quo res sunt / siue cum quo
agunt? Et hz quattuor species
similicillū q̄ sunt de re-
gula modalitatis. ¶ Prima species est:
sicut querere cū quo intellect⁹ est pars
aie? Et respondendū est: q intellect⁹
est pars anime: cum differentia / con-
cordantia z potestatis: sic de ceteris prin-
cipijs excepta contrarietate. ¶ Secunda

species est: cū quo intellectus alia a se
intelligit: Et respondendū est q̄ intelligit
intelligit acquirēdo: z intēdo vna species
cū alia: z ponēdo ipsas in proprio intelli-
gibili: sicut oculus qui in speculo suam
similitudinē attingit. ¶ Tertia species
est: q̄ querit cū quo intellect⁹ est vna
particularis: Et respondendū est: q̄ est vna
in q̄tū habet vna potentia actiua / intel-
lectiua / formalem cū qua plures res at-
tingit in vno intelligibili vti quod est de
essentia ipsius intellectus / cum quo z in
quo. f. intelligibilis / plures species sunt
intelligibiles: sicut in vno speculo plu-
res ymagines sunt visibiles. Et est par-
ticularis quando descendit praticandū
scilicet intelligendo aliquam speciem
specificatam quam acquirunt: z in me-
moria pseruauit. ¶ Quarta spēs est: q̄
querit cū quo intellect⁹ extra se suā tras-
mittit similitudinē? Et respondendū est: q̄
cū proprio intellectu / intelligibili z intel-
ligere cū quib⁹ facit species esse intel-
lectas: z p memoria recolibiles / z p volun-
tate eligibiles ad amādū vel odiandū.
¶ Per hanc regulā q̄rit de instrumentis re-
rū spūaliū siue corporaliū. ¶ Alterius in-
strumenti aliud est substantiale: sicut ma-
sculus z femella qui habēt instrumentū
substantiale cū quo generāt genitū. Aliud
est accidentale sicut ignis qui cū sua cal-
ditate calefacit calefactibile. Et sicut ho-
mo q̄ cū iusticia facit se iustus. Aliud est
vniuersale: sicut intellect⁹ q̄ cū suo intelli-
gibili facit intelligibile pegrinū hoc z illud
Et sicut mascul⁹ q̄ cum vna z eadē virga
generat plures filios: z ignis cū sua cal-
ditate calefacit plura calefactibilia. Et
sicut faber q̄ cū vno z eodē martello fa-
cit plures clauos. Instrumento vero particu-
laria sunt istud z illud z reliqua. cū qd̄ do-
mificator: z struit domū. Et sicut due pro-
positiōes cū qd̄ fit pclusio. Et sic d̄ alijs
suo mō. Aliud ē intrinsicū instrumentū: sicut
intelligibile quod est de essentia intelle-
ctus. Aliud ē extrinsicū qd̄ est pegrinū
cū quo docēs generat scientias. Et sicut
martellus cui⁹ quo faber fabricat clauos.
Quod si verum quod diximus de instru-
mentalitate: omnes diffinitiones huius
artis principiorū z omnes regule at-
stantur et probant. Et similiter quod de
decē regulis dictum est: que regule sunt
vasa ad omnia intellectibilia z propo-
tionabiles intellectui humano.

Finis quarte partis.

Tabula.

b c d t	b c e t	b c f t	b c g t	b c h t	b c i t	b c k t
b c t b	b c t b	b c t b	b c t b	b c t b	b c t b	b c t b
b c e t c	b c e t c	b c e t c	b c e t c	b c e t c	b c e t c	b c e t c
b b e t d	b b e t e	b b e t f	b b e t g	b b e t h	b b e t i	b b e t k
b d d t e	b e t e c	b f f t e	b g t e c	b h t e c	b i t e c	b k t e c
b t b d c	b t b e c	b t b f c	b t b g c	b t b h c	b t b i c	b t b k c
b t e d d	b t e c e	b t e c f	b t e c g	b t e c h	b t e c i	b t e c k
c d d t b	c e e t c	c f f t b	c g t e b	c h t e b	c i t e b	c k t e b
c d d t c	c e e t c	c f f t c	c g t e c	c h t e c	c i t e c	c k t e c
c t b d c	c t b e c	c t b f c	c t b g c	c t b h c	c t b i c	c t b k c
e t e d d	e t e c e	e t e c f	e t e c g	e t e c h	e t e c i	e t e c k
d t b d c	e t b e c	f t b f c	g t b g c	h t b h c	i t b i c	k t b k c
d t c d d	e t c e c	f t c f c	g t c g c	h t c h c	i t c i c	k t c k c
t b c d c	t b c e c	t b c f c	t b c g c	t b c h c	t b c i c	t b c k c

Tabula.

bde t	bdf t	bdgt	bbt t	bd i t	bdk t	bef t
bdt b	bdt b	bdt b	bdt b	bdt b	bdt b	bet b
bdt e	bdt f	bdt g	bdt b	bdt i	bdt k	bet e
bet b	bft a	bg t d	bbt d	bit d	bkt d	bft e
bet e	bft f	bs t g	bbt b	bit i	bkt k	bft f
btb d	btb d	bt b g	btb b	bt b d	bt b d	bt b e
btb e	btb t	bt b g	btb b	bt b i	bt b k	bt b f
btd e	btd f	btd g	btd b	btd i	btd k	bte f
bct b	df t b	dg t d	dbt b	dit b	dk t d	ef t b
bct o	df t d	dg t d	dbt d	dit d	dk t d	ef t e
bct e	dt b d	dt b g	dtb b	dt b i	dt b d	et b e
otb d	dt b f	dt b g	dtb b	dt b i	dt b k	et b f
otb e	dt b f	dt b g	dtb d	dt b i	dt b d	et e f
otd e	ft b d	gt b g	htb b	it b d	kt b d	ft b e
etb d	ft b f	gt b g	htb b	it b i	kt b k	ft b f
etb e	ft d f	gt d g	htd b	it d i	kt d k	ft e f
etd e	ft d f	gt d g	htd b	it d i	kt d k	ft e f
ebd e	ft d f	gt d g	htd b	it d i	kt d k	ft e f
ebd e	ft d f	gt d g	htd b	it d i	kt d k	ft e f

Quinta pars.

be g t
 be r b
 be t e
 be r g
 b g t e
 b g t g
 b t b e
 b t b g
 b t e g
 e g t e
 e g t g
 e t b e
 e t b g
 e t e g
 g t b e
 g t b g
 t b e g

be h t
 be t b
 be t e
 be t b
 b h t b
 b h t e
 b h t b
 b r b e
 b t b b
 b t e b
 e h t b
 e h t e
 e t b e
 e t b b
 e t e b
 h t b e
 h t b b
 t b e b

be i t
 be t b
 be t e
 be t i
 b i t b
 b i t e
 b i t i
 b t b e
 b t b i
 b t e i
 e i b b
 e i t e
 e i t i
 e t b e
 e t b i
 e t e i
 i t b e
 i t b i
 i t e i
 t b e i

be k t
 be t b
 be t e
 be t k
 b k t b
 b k t e
 b k t i
 b t b e
 b t b k
 b t e k
 e k t b
 e k t e
 e k t k
 e t b e
 e t b k
 e t e k
 k t b e
 k t b k
 k t e k
 t b e k

b f g t
 b f t b
 b f t f
 b f t g
 b g t b
 b g t f
 b g t g
 b t b f
 b t b g
 b t f g
 f g t b
 f g t f
 f g t g
 f t b f
 f t b g
 f t f g
 g t b f
 g t f g
 t b f g

b f h t
 b f t b
 b f t f
 b f t b
 b h t b
 b h t f
 b h t b
 b t b f
 b t b b
 b t f b
 b h t b
 b h t f
 f d t b
 f t b f
 f t b b
 f t f b
 h t b b
 h t f b
 t b f b

b f i t
 b f t b
 b f t f
 b f t i
 b i t b
 b i t f
 b i t i
 b i t i
 b t b f
 b t b i
 b i f t
 f i t f
 f i t i
 f i t i
 f t b f
 f t b i
 f t b i
 i t b f
 i t f i
 t b f i

De tabula.

cegt	ceht	ceit	cekt	cfgt	cfbt	cfid
cefc	cefc	cefc	cefc	cfcc	cfcc	cfcc
cete	cefe	cete	cete	cfcc	cfcc	cfcc
cetg	cerb	ceti	cehk	cfcc	cfcc	cfcc
cgtc	cbtc	citc	chtc	cgcc	cbtc	citc
cgtg	cbte	citi	chke	cgcc	cbte	citi
cgfc	cbth	citi	chke	cgcc	cbth	citi
cgfg	ctce	ctcc	ctcc	ctcc	ctcc	ctcc
ctcc	ctcb	ctci	ctck	ctcc	ctcb	ctcc
ctcg	cteb	ctei	ctek	ctcc	cteb	ctcc
cteg	ebtc	eitc	ektc	fgtc	fbtc	fitc
egtc	ebth	eith	ektc	fgtc	fbth	fitc
egtg	ebtc	eith	ektc	fgtc	fbth	fitc
etcc	etcc	etcc	etcc	fgtc	fgtc	fgtc
etcg	etcb	etci	etck	fgtc	fgtc	fgtc
eteg	etcb	etci	etck	fgtc	fgtc	fgtc
gtcc	htc	htci	ktcc	gtcc	htcc	htcc
gtcg	htcb	htci	ktcc	gtcc	htcb	htcc
gteg	htcb	htci	ktcc	gtcc	htcb	htcc
tecg	htcb	htci	ktcc	gtcc	htcb	htcc

Quinta pars.

cfkrt
cftc
cftf
cftk
crtc
crtf
crtk
ctcf
ctck
ctfk
fkrt
fkrtf
fkrtk
ftcf
ftck
ftfk
krcf
krck
krtf
krtk
rcfk

cgbt
cgtc
cgtg
cgrb
cdtc
cdtg
cbrb
ctcg
ctcb
ctgb
gdtc
gdtg
gdtb
gtcg
gtcb
gtgb
pdcg
pdcb
pctg
pctb
tcgb
tcgb

cgit
cgtc
cgtg
cgti
cittc
cittg
cittb
ctcg
ctcb
ctgi
gitc
gitg
giti
gtcg
gtcb
gtgi
itcg
itcb
itgi
tcgi

cgkt
cgtc
cgtg
cgtk
crtc
crtg
crtk
ctcg
ctcb
ctgl
glatc
glatg
glatk
gtcg
gtcb
gtgl
lrcg
lrcb
lrtg
lrtb
tcgl

cbit
cbtc
cbtb
cbti
cittc
cittg
cittb
ctcb
ctci
ctbi
ctb
bitc
bitg
bitb
biti
btcb
btci
btb
itcb
itci
itbi
itbi

cbht
cbtc
cbtb
cbtl
cbttc
cbttg
cbttb
ctcb
ctci
ctbi
ctb
cthc
cbatc
cbatg
cbatb
lrcb
lrci
lrb
lrbh
lrbh

cirt
cirtc
cirti
cirtg
cirtk
crtc
crtg
crtk
ctc
ctgl
ctil
ctilc
ctili
ihrt
ihrtc
ihrtg
ihrtk
lrci
lrci
lrci
lrci
lrci

dett
dete
dets
dftt
dtde
dtdf
dref
efite
efite
eride
etidf
etef
fide
fddf
fref
tdef

degt
deta
detc
dets
dgre
dgrt
dtdg
dtdg
dtdg
egite
egite
egide
etds
etes
gtde
gtdg
gtes
tdeg

debt
deta
detc
dets
dhtb
dbte
dbte
dtde
dtde
dtde
ehtb
ehtb
etdb
etdb
htde
htdb
tdeb

deit
deta
detc
dets
diti
dite
dite
dtdi
dtdi
dtdi
eite
eite
etdi
etdi
itdi
itdi
tdei

dekt
deta
detc
dets
dktk
dkrt
dkrt
dtdk
dtdk
dtdk
ektk
ektk
etdk
etdk
ktdk
ktdk
tdek

dftt
dfrf
dfrf
dfrf
dgrt
dgrt
dtdg
dtdg
dtdg
fgtg
fgtg
fgtd
fgtd
gtdg
gtdg
tdfg

dfbt
dfid
dfif
dfib
dbtd
dbtd
drrd
drrd
drrd
fbtd
fbtd
fbtd
fbtd
btdb
btdb
tdfb

≡
e

De tabula Rubrica.



Abula ista

composita est ex lxxxvij. colonis vt dictum est. Et est subiectum siue instrumentum in quo inuestigatur solutiones questionu recipiendo ad propositum affirmando vel negando/ concordando principia & regulas & euitando eorum contrarietate. Significat aut t. in tabula: q littere que sunt ante ipm/ principia sunt de prima figura: & littere que sunt post ipm/ sunt de secunda. sicut in camera b. c. t. b. in qua b. precedes t. dicit bonitatem: et c. magnitudinem. Et b. post t. dicit differentiam: et sic de alijs. Inuestigatio autem que fit in tabula/ est in alteriori gradu significationis veritatum qm illa que fit in figuris. Tabula ho quarte figure derivata est voluendo circulu scdm 3 tertiu: vt in ipsa tabula apparet vsq ad lxxxvij. columnas. In qua reuolucione consistit ligamen columnarum b. c. d. que couerit se cum columna b. c. f. Et sic successiue de columna in columnam: vsq ad ultimam que est h. i. k. vt in tabula apparet. Et sic in qualibet columna sunt oes columne implicat: ratione cuius implicationis quelibet columna est coadiuuatiua alteri. Ad qualibet solutione vnius questionis possunt applicari oes significationes omnium questionum abstractarum & manudectarum ad ipsam questione. Et in isto passu apparet magna generalitas istius tabule huius artis. Amplius in qualibet colina sunt viginti questiones per ordinem superficialiter. Et de hoc dabimus exemplum in prima colina q est b. c. d. predicando primo de bonitate/ deinde de magnitudine/ postmodum de eternitate: et hoc sic. Prima est: vtru bonitas sit in tantum magna q sit eterna? Secunda vtrum sit aliqua bonitas in tantum magna q contineat in se res differentes et sibi coessentiales? Tertia vtrum bonitas sit in tantum magna q contineat in se res concordantes & sibi coessentiales? Quarta vtrum bonitas continens in se res contrarias sit magna? Quinta vtrum bonitas eterna sit differentes? Sexta vtrum bonitas eterna sit con-

cordans? Septima vtru bonitas eterna habeat in se contrarietatem? Octaua vtrum bonitas contineat in se differentiam et concordantiam? Nona vtru bonitas contineat in se differentiam et contrarietatem? Decima vtrum bonitas contineat in se concordantiam et contrarietate? Undecima quid est magna differentia eternitatis? Duodecima quid magna et eterna concordantia? Decimatercia quid est magna et eterna contrarietas? Decimaquarta quid est magna differentia & concordantia? Decimaquinta quid est magna differentia et contrarietas? Decimasexta quid est magna concordantia et contrarietas? Decimasptima differentia concordantia eternitatis de quo est? Decimaoctaua differentia eternitatis de quo est? Decimanona concordantia & contrarietatis & eternitatis de quo est? Vigesima differentia concordantie & contrarietatis de quo est? Secunda xx. qones per columna b. c. d. continent in se. xx. cameras. Prima camera est b. c. d. scda b. c. t. b. & sic vsq ad xx. q est t. b. c. d. Et qualibet camera abstractarum vniuz questionu vt supra ptz. Et sic fecimus xx. questiones in prima colina/ ita fieri possunt alie. xx. in scda: et alie. xx. in tertia: & sic per ordinem vsq ad columnam vltimam que est h. i. k. Per has questiones & solutiones eleuat in tantu gradu vniuersalitatatis ipse intellectus: q innumerabilis & inestimabilis reddit. Et hoc rone generalitatis predicati & subiecti. Et in isto passu ptz p que modu ars ista est valde generalis & vtilis. Et ad dada doctrina & modu soluendi qstiones volumus antedictas qstiones soluere: applicando significationes litterarum ad presitu tali modo/ q diffinitiones principior & species regularum no destruant. Et primo: ad primam rndendu est cu bz/ vtru bonitas i tantu sit magna q sit eterna? dico q sic. Et hoc quidem est manifestu p diffinitiones bonitatis/ magnitudinis & eternitatis. Nam si bonitas est ens ratione cuius bonus agit bonu/ & magnitudo magnificat bonitatem & eternitatem/ et diffinitio eternitatis diffiniturare bonitates & magnitudinem: necessarium est vt actus bonitatis sit infinitus & eternus/ & per consequens essentia bonitatis. Et sic coludif q bonitas est magna & eterna. Nam sine magnitudine & eternitate no posset habere actu infinitu eternu/ videlicet bonificare: & hoc e affirmafile p regula b. & p scdam specie

Lxxxvij
Columnis

b c t b.

vide inchoat.
25

- in qualibet Columna
1. b c d t.
- 2. b c t b.
- 3. b c t a.
- 4. b c t d.
- 5. b d t b.
- 6. b d t c.

b c t t
Ad primam
questionem

regule c. z d. ¶ **U**terius per primā speciem regule d. affirmatio. est tenenda: eo qd eternitas est essentia primitiva ultra q̄ non est aliud preiacet / z sua primitivitas ē bona z magna: et sic sequitur de necessitate qd sit aliquis bonitas magna z eterna. ¶ **U**terius per tertiam speciem regule d. significativum est qd nō est aliq̄ contrarietas q̄ habeat dominium i eternitate sed potius e converso: quod dominium haberet si eternitas non haberet primitivam z magnā bonitatez: ergo bonitas tantum est magna qd est eterna. ¶ **A**d secundam quado dicitur vtruz sit aliqua bonitas tantum magna qd sit differēs? **S**olutio. dico qd sic. hoc quidē est manifestū p̄ diffinitiones eorum. Si enim bonitas est ens rōne cuius bonus agit bonū: z magnitudo est ens ratione cuius bonitas z differentia sunt magnē / necessariū quidez est qd in bonitate sint res differentes sibi coessentialēs: videlicet bonificans / bonificatum z bonificans. ¶ **N**ā hoc est de rōne bonitatis / magnitudinis z differentie: qd in essentia bonitatis sint res distincte realiter z simpliciter. Et qd ipsa bōitas indiusa sit essentialiter z magna z incōfusa. ¶ **I**te questio est tenēda affirmatiua p̄ regulāz b. vi per se patet etiam per regulā c. per primā enim speciem ipsa bonitas cū suis concretis diffinitur z conuertitur essentialiter z concretive. Et per secundā speciem differentia ponit cum magnitudine: qd bonitas habeat in se bonificans / bonificare z bonificatū / que quidē nō haberet naturā absq̄ distinctione: neq̄ bonitas posset esse ratio bono / qd de se ipsa produceret bonū. Et sic ipsa bonitas eēt vacua natura magnitudinis: differētia tamen deficiente. ¶ **A**mplius ad idē magnitudoz differentia sunt in bonitate naturaliter: vt patet per tertiam speciem regule c. Et etiā bonitas est in ipsis naturaliter. Et p̄ quartā speciem magnitudo z differentia habēt actus suos in bonitate z similiter bonitas in ipsis / rōne quarte speciei regule c. ¶ **A**d tertiam questione quado queritur / vtrū tantum bonitas sit magna / qd contineat in se res cōcordātes z sibi coessentialēs? **A**d quod respondendū est qd sic: vt patet per diffinitiones eorum: quonia si bonitas nō cōtinet res cōcordātes z sibi coessentialēs siue naturales: iam bonitas magna non distaret a cōtrarietate / neq̄ esset magna sine tali cōcordantia quod est impossibile: quā impossibilitatē necessitant diffinitiones bonitatis / magnitudinis / eternitatisq̄.

¶ **U**terius ad hoc idem consentit affirmādo prima species regule c. q̄ ponit cōuersionē diffiniendo bonitātē z suas res cōcordātes: videlicet bonificans / bonificatū z bonificare: et cōcordat / cōcordatū z concordare: cū quibus cōuertitur supra: ma bonitas z concordantia cū suprema magnitudine. ¶ **A**mplius per secundāz speciem ostendit: qd bonitas habet in se res bonas / cōcordātes sine quibus bonitas magna non posset esse. Et etiam tertia species regule c. ponit: qd magnitudo z concordantia sunt in bonitate cum actibus suis: videlicet cū magnificare cōcordare. Et bōitas cū ipsis cū bono agere. Et quarta species dicit: qd quilibet ratio habet in alia actū suū z essentiā suā. Et in isto passu apparet altitudo intellectus qui vere z realiter hoc attigit: ad quā altitudinem non posset ascendere nisi deo adiuvante. ¶ **A**d quartā questionem quando queritur vtrū bonitas continens res in se contrarias z sibi coessentialēs sit magna? Respondendum ē qd non: quia caret concordantia que quidem est plus absolute q̄ raritatis. Ratio huius est qd cōcordātia cum bonitate ponit esse generādo. Et contrarietas cum malicia ponit priuationem bonitatis corūpendo: z hoc voluit diffinitioes bonitatis / magnitudinis z contrarietatis: qd sit verū quod diximus / regula quidem b. hoc requirit: et etiam prima species regule c. Quoniam si bonitas magna contineret in se res contrarias / magnum malum quidem esset sibi: z cōuertentur in ipsam bonitatem magnitudo z paruitas: quod est impossibile. Et etiam per secundam speciem regule c. q̄ ponit in bonitate bonificans / bonificatū z bonificare cum magnitudine: ergo de hac questione negatiua est tenēda. ¶ **I**te tertia species dicit qd contrarietas non posset esse in subiecto bono cum magnitudine. Et idem est iudicium de quarta specie q̄ dicit qd contrarietas non posset habere actum suum in magna bonitate. ¶ **A**d quartam questionem cum dicitur vtrum bonitas eterna sit differēs? Respondendum est qd sic: quoniam nisi bonitas eterna esset differēs non posset ab eterno agere bonum eternū: ex eo qd differentia non gubernaret agentem in suo numero actiuo: neq̄ agibile in numero passiuo. Et illud idem dico de agere / z differentia deficiente causaret cōfusiō eorum: z eternitas non haberet naturā eternādi: neq̄ bonitas bonificādi: et sic omnes iste diffinitiones essent de-

c t b
Ad secundam questionem.

b c t d.

c t c
Ad tertiam questionem.

b d t b
Ad quartam questionem.

Quinta pars.

structe quod est impossibile. ¶ Amplius ad idem regula b. consenti affirmatiue adiunãdo se cū diffinitionibus prefatis. Item per primam speciem regule d. affirmabile quidem est. Nam ipsa regula dicit q̄ bonitas eterna tantus est primitiua per agere: sicut per existere: priuata enim differentia inter agentem ⁊ agibile priuatur quidē agere ⁊ p̄ consequens agentia. Et generatur ociositas ⁊ priuatio nature bonitatis eterne quod est impossibile. Adhuc secunda species regule d. videtur hoc idem affirmare: nā absq̄ differentia bonificantis / bonificabilis ⁊ bonificare nō haberet ex quo esset: neq̄ eternitas posset ipsam gubernare quod sibi esset malum contra bonum eternaliter quod est impossibile. ¶ Adhuc per tertiam speciem regule d. manifestum est q̄ si de questione negatiua est tenenda / requeretur q̄ aliquod ens esset eternum / habens eternam maliciam: que impediret q̄ eterna ratio bonitatis nō eēt ratio bono eterno / quod produceret bonum eternum carens differentia: quod est falsum ⁊ etiam impossibile ⁊ contra regulam b. ergo ⁊c. ¶ Ad sextam vtrum bonitas eterna sit concordans? Respondendum est affirmatiue per eorum diffinitiones: eo q̄ eternitas dicit q̄ bonitas ⁊ concordantia durat. Et concordantia dicit: q̄ bonitas ⁊ eternitas in vno ⁊ in pluribus concordant: et bonitas eterna est ratio ab eterno concordanter: q̄ bonus producit bonum. Hoc autem non posset esse nisi bonitas eterna esset cōcordans per bonificantem / eternantem ⁊ cōcordantem: ⁊ bonificatam / eternatam et concordatam: ⁊ per bonificare / eternare ⁊ concordare. ¶ Amplius quod diximus satis probabile est: et etiam per regulas c. affirmatio est tenenda: nam bonitas ē illa forma que proprie continet in se differentiam ⁊ concordantiam ⁊ bonificantem ⁊ bonificatam ⁊ bonificare bene habitatos de differentia / concordantia / cū quo habitu differens ⁊ concordans sunt agentes: differentiale ⁊ concordabile sunt patientes: et per quartam speciem habent differentiare et concordare: ⁊ bonitas bonificare. ¶ Ad septimam quando queritur / vtrum bonitas eterna habeat in se contrarietatem? Respondendum est q̄ sic. posito q̄ mundus sit eternus: quod patet per diffinitionem contrarietatis: quoniam ab eterno ⁊ in eterno mundus est bonus ⁊ malus: per eternam bonitatem ⁊ eternam maliciam / generationem / corruptionem ⁊ priuationem.

Et bonitas eterna non posset esse bona ratio: q̄ producat bonum / eternum sine contrarietate ⁊ malicia. Et eternitas est causa: quare bonus ⁊ malus durat ab eterno: et hoc regula b. non potest consentire: neq̄ prima species regule d. nā ab eterno essent priuatiua bonum ⁊ malum concordando. Et per secundam speciem totum vniuersum esset compositus ex bono ⁊ malo: et prima causa scilicet deus / esset necessitatus ad cauendum mundum ab eterno tantum cum malicia q̄ tum cum bonitate: quod est impossibile ratione huius impossibilitatis de hac questione negatiua est tenenda: et in isto passu apparet q̄ impossibile est: q̄ in vno sit ab eterno. ¶ Ad octauam cum queritur / vtrum bonitas contineat in se differentiam ⁊ concordantiam? Respondendum est q̄ sic. Quod patet per eorum diffinitiones. Si enim bonitas non haberet res differentes ⁊ concordantes: non posset esse ratio bono / quod produceret bonum / et concordantia non posset esse absq̄ differentia rerum. Et priuata differentia esset confusio ⁊ occultatio inter bonificantem / bonificatam et inter concordantem et concordatum. Immo dico q̄ esset implicata contradictio que ē impossibile. ¶ Item prima species regule c. dicit: q̄ eternitas est ens cuius proprie competit eternare. hec autem proprietates esse non potest sine concordantia eternantis / eternati et eternare: que cōcordantia est naturalis necessaria / vt per secundam speciem eiusdem regule significatum est. Et per tertiam speciem videndum est q̄ eternans in eternabili est agens: et eternatum siue eternabile patiens ⁊ eternans habet actum scilicet eternare: vt per quartam speciem regule c. significatum est. ¶ Ad nonam questionem quando queritur / vtrum bonitas contineat in se differentiam et contrarietatem? Respondendum est q̄ sic in aliquibus subiectis: sicut in elementato in quo elementa differunt ⁊ contrariantur: sicut ignis et aqua per calidum et frigidum / et sicut aer et terra per humidum et siccum. Et hoc bonum est: quia absq̄ tali contrarietate elementatum esse non posset. ¶ Ultraius regula b. ad hoc diximus consentit. Item per primam speciem regule d. negatiua de questione est tenenda: hoc est q̄ in essentia bonitatis sunt bonificans / bonificatum et bonificare: nō possunt contrariari: quia si sic / per secundam speciem eiusdem regule boni

b d r c
Ad. vi. q̄.
stionem.

b t b c
Ad. viii. q̄.
stionem.

b t b d
Ad. ix. q̄.
stionem.

b d r d
Ad. xij. q̄.
stionem.

f c d
Ad decimam
questionem.

tas quidem non haberet ex quo esset. Et per tertiam speciem subdita eiusdem esset malicie: neq; etiam haberet naturam quod est impossibile. ¶ Ad decimam quando queritur ytrum bonitas contineat in se concordantiam et contrarietatem? Respondendum est qd sic in aliquo subiecto quod est habitum bonitate: sicut elementatum quod est bonum per bonitatem / in quo elementato aer et ignis concordant per caliditatem / et aer et aqua per humiditatem / et aqua et terra per frigiditatem / et terra et ignis per siccitatem. Et ignis et aer per seculum et humidum sunt contrarij: aer et aqua per frigiditatem et caliditatem sunt contrarij / et aqua et terra per humiditatem et siccitatem sunt contrarij / et terra et ignis in motu per leuitatem et ponderositatem. Et qd diximus manifestu est per diffinitiones concordantie et bonitatis atq; contrarietatis. Quonia elementans no posset esse ratio in subiecto qd produceret bonum elementatum: et etia diffinitiones concordantie et contrarietatis essent distincte. ¶ Amplius regula b. ad idem consentit affirmando: et etiam prima species regule c. Elementatum namq; est subiectu bonum in quo concordantia et contrarietas aliqua convenientia et contrarietas habent / sicut ignis et aer qui in elemento concordant per caliditatem et siccitatem / sed per humiditatem contrariantur: et sic circulariter vt supra dictu est. ¶ Uterq; per secundam specie regule c. affirmatiua est tenenda: sicut elementatu qd continet in se innata concordantia et contrarietas / vt supra dictu est. Et per tertiam eiusdem regule speciem est in aere concordans: et aer in igne concordabilis quo ad genus caliditatis: sed quo ad genus humiditatis et siccitatis contrariantur: eo qd ignis ratione siccitatis est contrarius aeri / et per igni per humiditatem. ¶ Adhuc per quartam specie per qd quodlibet elementum habet actionem passionem in alio circulariter: ratione cuius elementa sunt remissa et contracta / vt ad mixturem et compositionem venire possint / existente elementato bonitate habituato: et etiam de concordantia et contrarietas. ¶ Ad vndecimam quando queritur / quid est magna differentia eternitatis? Respondendum est / qd est forma necessitans eternitatem / eternatum et eternare in eternitate: vt magnitudo sit ens ratione cuius differentia et eternitas sint magne. Et eternitas sit ens ratione cuius magni-

d t b
Ad vndecimam
questionem

tudo et differentia durat. Et differentia est ens ratione cuius vnus sit eternans et alius eternat? et aliud eternare. ¶ Uterius qd sit verum quod diximus: regula quidem b. hoc testatur. Et etiam prima et secunda species regule c. Et similiter tertia species regule c. vt eternans sit in eternitate / magnitudine et differentia: agens et producens productum ipso habente in eternitate / magnitudine et differentia naturam. et hoc ratione quartae speciei. ¶ Item prima species regule c. hoc idem concedit. vt magnitudo primitiue et eterne habeat eternantem / eternatum et eternare. Et secunda species regule b. hoc idem ponit. vt eternitas habeat ex quo sit. Et ad hoc tertia species eiusdem regule concordat. ¶ Ad duodecimam quando queritur quid est magna et eterna concordantia? Et est dicendum qd est forma necessitans in eternitate et magnitudine concordantiam inter eternantem / eternatum et eternare. Et hoc per primam speciem regule c. et d. satis est videndum. Et etiam per secundam speciem c. et d. Et sic de tertia specie regule c. vt eternans sit in magnitudine et eternitate et concordantia / magnificans et eternans. Per quartam speciem regule c. vt habeat naturam eternandi eternatum / magnificandi magnificatum / concordandi concordatum. Et ad hoc tertia species regule d. concordat. ¶ Amplius eorum diffinitiones hoc idem approbant et testantur: quoniam magnitudo absq; concordantia eternantis et eternati et eternare / non posset esse ens ratione cuius eternitas et magnitudo essent magne. Neq; etiam eternitas haberet naturam cum qua durare posset: atq; sine ipsis concordantiam habere. Neq; sine concordantia distaret a contrarietas. ¶ Ad decimam tertiam quando queritur / quid est magna et eterna contrarietas? Respondendum est / qd est eternitas mundi: posito tamen qd mundus sit eternus. Et hoc patet per eorum diffinitiones et per regulas eorumdem. Quoniam diffinitio contrarietatis ponit qd eternitas dei et eternitas mundi: magnans habent controuersiam ipsis existentibus primitiuis per primam speciem regule c. et d. Quoniam eternitas dei non est singularis: et priuata sua singularitate: magnitudo quidem non est ens ratione cuius eternitas sit magna. Et est ens ratione cuius contrarietas magna est magna inter eternitatem dei et eternitatem mundi / eo quia

d
c d t c.
Ad duodecimam
questionem.

c d t d
Ad decimam
questionem

Quinta pars.

eternitas mundi ponit eternum malum non quietatum: et eternitas dei eternum bonum quietatum: et eternitas dei ponit eternum malum esse durabile: et eternitas mundi ponit bonum esse durabile quo ad diffinitionem eternitatis: secunda species regule d. ponit qd eternum bonum et eternum malum sunt coniuncta in cōposito. Et diffinitio quidē magnitudinis ponit magnā cōiunctionē: tertia species regule d. ponit subiectionē ab vtraq; parte. Et scda species regule e. cōtrarietas et p̄uatur d̄riare. Et eternitas quidē est deuians in eternitate dei et i eternitate mundi/ ipsa habēt in vtraq; d̄niū/ pduendo eternū p̄riatū in quietatū/ qd est impossibile: ratiōe cuius impossibilitatis mundus non pōt esse eternus. ¶ Ad xiiij. cum d̄r/ quid est magna differentia? z concordātia: dicendū est qd in essentia magnitudinis est magnificans/ distinguens z concordans vnā personā eandē numero: z qd magnificatus z differentiat z concordatus sit alia persona: z magnificare/ differentiare z cōcordare alia persona: z qd omnes iste tres persone sint idem per essentiam/ naturam/ magnitudinem/ differentia z concordantia: z hoc videndū est per eorum diffinitiones. Et per primā et secundam speciem regule c. z d. z per tertiāz c. vt magnitudo/ differentia z concordantia sint in actu agentes z concordantes/ z a vacuitate z ociositate dispartate: z per quartaz speciem c. vna habet actuz in alia sine quibus actibus diffinitionis: eorūdem non essent vere/ qd est impossibile vt regula b. testatur. ¶ Ad xv. queritur / quid est magna differentia et contrarietas? Respondendū est qd est illa causa causans vnum contrariū in alio: sicut in elemento in quo ignis z aqua sunt mixta: similiter aer z terra: inter bonuz naturale innatum z malū morale: videlicet peccatum z hmoi. Et p̄z per diffinitiones magnitudinis differentie contrarietatis. Et differentia qd declarat et distinguit ipsa contraria. Et contrarietas in subiecto priuat concordantia: z generat contrarios appetitus z fines. Et per regulam b. significatum est: per primam z secundā speciem regule c. z d. z per tertiā speciem regule c. Similiter est factis planum qd vnum cōtrariū est agens et patiens in alio. Et per quartam speciem regule c. habet vnum in alio actionem: per tertiā hō speciem regule d. subiectionem. Et in hō passu figurantur magne pene infernales. Per quartam

speciem c. vna habet actum in alia/ sine quibus actibus diffinitiones eorum non essent vere: qd est impossibile/ vt regula b. testat. ¶ Ad xvj. questionē cum queritur: quid est magna concordantia z contrarietas? Dicendū est qd est illud ens quod ponit in eodē subiecto res concordantes et contrariantes/ generando z corumpendo in elemento: sicut ignis z terra qui habent concordantia per generationem cum aere/ ipso existente calido et sicco / et recipientem siccitatem a terra/ z dante caliditatem aeri: per tertiā speciem regule d. ipse quidem est existens dominans siccitati z humiditati in quibus ponit magnam cōtrarietatem corumpendo. Et sicut diximus de igne: ita potest dici de alijs elementis fm qualitates eorum: et sic videndū est per primam et secundā species regule c. d. et per diffinitiones magnitudinis et concordantie et contrarietatis: et per quem modum elementa intrant mixtum et componunt elementatum. Et per tertiā speciem regule c. z d. vnum elementum est in alio agens et patiens. Et per quartam speciem regule c. vnum elementum habet actionem et passionem in alio: et etiam motū/ generādo z corumpendo. ¶ Ad xvij. questionem quando querit differentia concordantie eternitatis de quo est? Respondendū est qd est de natura z relatione. Differentia enim ponit res distinctas z relaxas naturaliter per distinguentem/ distinctum z distinguere in eterna concordantia: quae quidem fm suā diffinitionem ponit concordantem concordatum et concordare: et vnā essentiam z naturam: in qua eternitas ponit eternantem/ eternatū et eternare/ ratione sue diffinitionis: et hoc est manifestū per regulam b. et per primam et scdam speciem regule c. et d. Et tertia species regule c. ponit actionem et passionem sine materia. Et quarta species eiusdem regule actus eternos naturales. Et ad hoc tertia species regule d. non potest contradicere: eo quia est dispartata a primitiuis actibus differentibz concordantibus. ¶ Ad xvij. questionem quando queritur/ differentia eternitatis et contrarietatis de quo est? Dicendū est qd est de deo et mundo/ posito qd mundus sit eternus. Et hoc patet per eorum diffinitiones. Eternitas enī ponit innatū bonum/ eternum bonum/ et malum morale: et differentia distinguit ipsa. Et cōtrarietas ponit eternos fines

c t c d
Ad xvij. q̄
stionem.

c t b c

Ad xiiij. questionē.

d t b c
Ad xvij. questionē

c t b d

Ad xv. q̄stionem.

d t b d
Ad xvij. questionē

z contrarios absq; quiete. Et hoc per regulam b. clarus est. Et per primam speciem regule c. z d. dicendum est esse differentias contrarias: z secunda species eadem regularis: ipsa tamen talis compositio impossibilis est. Et tertia species regule c. dicit q; mundus est infinitus per infinitam bonitatem innatam: sed sua moralis bonitas/malicia/sunt simul duratio eterna. Et mundus h; infinitatem p; eternitatez innatam: z oes alie sue partes innate/sunt finite: eo q; celum est corpus finituz: per quantitatem/habitum z situm. Et tertia species regule d. dicit primitivas dominationes z subiectiones primarias/qd est possibilissimum. ¶ Ad decimanonam questionem qn queritur: concordantia contrarietatis z eternitatis de quo est? Respondendum est q; est de duobus eternitatib; scz de eternitate dei z eternitate mundi/posito quomodus sit eternus: q; quidem concordant z discordant in duracione infinita. Deus naq; habet substantiam infinitam z mundus finitum: z eternitas dei simpliciter est bona: z eternitas mundi bona z mala moraliter. Et diffinitio concordantie destruit. Et diffinitio contrarietatis est eterna z necessitata. Et diffinitio eternitatis est destructiva: eo q; non pcedit durationem magnitudinis/bonitatis/virtutis/ad duracionem magnitudinis/malicie z vitioz. Et hoc p primam regulam videndum est. ¶ Et sic p; q; concordantia est primitiva bonitate et malicia: vt p; p primam speciem regule c. z d. z p secundam speciem c. z d. Et est composita ex contrarijs primitivis eternaliter extra suum genus. Et sic est in suis contrarijs concordantia habens nomen p; contradictionem implicatam/vn est eterna concordantia/z eterna contrarietas p; tertia specie regule d. z subdita z no subdita/qd est impossibile. ¶ Ad vigesimam questionem qn querit: differentia/concordantia z contrarietas de quo sunt? Respondendum est q; sunt de seipsis/eo quia sunt genera generalissima: vt patet p; diffinitiones eoz. Et hoc regula b. testatur: z pma z scda species regule c. z d. tamen no dico q; contrarietas cadat/sive sit in specie secundae regule c. vel d. eo q; est accidens: z accidens no habet materiam ex qua sit simpliciter. Nam si haberet/iam esset substantia composita ex forma z materia: qd est impossibile. Et hoc patet per tertiam speciem regule d.

¶ Diximus de prima columna/z dedimus doctrinam de ipsa/per quem modum questiones extrahuntur ab ipsa: z

solutiones eorum per diffinitiones z regulas. Et sicut fecimus de ipsa/ita potest fieri de alijs columnis suo modo. Et questiones quas fecimus de ipsa sunt generales: z possunt applicari ad questiones particulares/descendendo p; scdas regulas viridis: p; quas intellectus est diffusivus/faciendo scientias differentes. Et de hoc damus exemplum in eadem columna ad soluendum questiones per viginti rationes differentes ratione dictarum camerarum a quibus extrahuntur.

Utrum mundus sit eternus.



olutio huius questionis patet p; primam columnam tabule: z potest fieri per alias columnas/eo q; columnae sunt colligatae. Et primo per primam cameram columnae: deinde per secundam. z sic per ordinem vsq; ad cameram ultimam/multiplicando viginti rationes ad eandem questionem/tenedo de questione negatiuam per diffinitiones z regulas in ipsa columna implicatas.

¶ Doctrina huius artis est q; accipiant termini explicatiui sunt in questione: sicut quando dicitur utrum mundus sit eternus. In ista questione est eternitas que est terminus explicatus cum sit in prima figura. Et per eternitatem requiritur d. z per d. acquiruntur termini per ipsum d. significati. Et scala que est in angulo d. videlicet contrarietas que est inter sensuale z sensuale: et inter iensuale et intellectuale: z inter intellectuale z intellectuale. ¶ Item per vtrū acquiritur b. z per b. acquiruntur ea que sub eo existunt: vt patet in Alphabeio. Et quoniam volumus applicare in questione c. ipso implicato in questione/acquiruntur quicquid c. continet. ¶ Et sic datur doctrina ad applicandum primam columnam: ad soluendum que stione antedictam. ad inueniendum terminos explicatos z implicatos/applicando ipsos ad propositum: videlicet ad solutionem questionis cum tali modo/q; diffinitiones principioz z regule remaneant in se: adiuvando se cum speciebus aliarum regularum: ad dandum doctrinam quomodo homo potest se iunare cu alijs. Et primo per primam cameram sic.

De doctrina huius artis.

De prima camera B. L. D.

Quinta pars.

Q. 1. de camera B. C. D.



Quando queritur utrum mundus sit eternus: & dicimus per b. c. d. q. n. Quoniam si esset eternus: sua ratio esset ab eterno producens eternum bonum: & magni-

tudo magnificaret illam illam rationem bonam ab eterno: & in eterno: ut patet per suam diffinitionem: & eternitas ab eterno: & in eterno: ipsam productionem durare faceret: & sic nullum malum esset in mundo: eo qd bonum & malum sunt contraria: sed malum est in mundo: ut patet per experientiam. Concluditur ergo quod mundus non est eternus. ¶ Alteri? regula b. ponit qd de questione negatiua est tenenda secundum diffinitiones supra dictas: & sic qd proponimus dicere per regulam c. d. dicendo sic: si mundus est eternus: sua eternitas est causans tantum durationem malicie quantum durationem boni. quod patet per primam speciem regule c. & per primam speciem regule d. malum tantum primitiuum quantum bonum. Nullus enim dies est primitiuus neq; ultimus. Et per secundam speciem regule c. & d. mundus quidem est compositus de bono & malo ab eterno & in eterno. Et per tertiam speciem regule c. mundus est in eternitate infinitus: & in bonitate & malicia finitus. Et per quartam speciem regule c. habet quietem in generabilibus & corruptibilibus: in generabilibus ratione boni: & in corruptibilibus ratione mali. Et per secundam speciem regule d. diuina eternitas & sua bonitas necessitant malum: & quietem: causando eternitatem mundi. & cum omnia ista sunt impossibilia: patet qd de questione negatiua tenenda est.

De camera B. C. I. B.

Q. 2. de camera B. C. T. B.



¶ Mundus est eternus: sicut due eternitates differentes: scilicet eternitas dei & eternitas mundi. Et sic differentia que est inter sensuale & sensuale: inter sensuale & intellectuale: inter intellectuale & intellectuale ponit quidem tres eternitates generales differentes. Et bonitas ponit ipsas bonas: & magnitudo magnas: sed hoc est falsum & impossibile: eo quia differentia ponit ipsas malas secundum quid: & sic deficit magnitudo bonitatis. & per consequens bonitas magnitudinis ponit confusionem: quod est impossi-

bile. Concluditur ergo qd de questione negatiua est tenenda.

De camera B. C. I. C.



¶ Mundus est eternus: concordantia innata que est de essentia mundi inter sensuale & sensuale & c. est eterna: & sic sunt tres concordantie & tres eternitates subalternate generalis cum magnitudine bonitatis & eternitatis: & cum duratiōe eterna magnitudinis & bonitatis: quod falsum est & impossibile: eo quod sunt tres contrarietates subalternate & eis opposite cum magnitudine malicie & eternitatis. ¶ Alteri? per regulam b. & p. b. qd de diffinitionibus diximus: negatiua est tenenda: & hoc idem patet per primam speciem regule c. & d. quoniam concordantia generalissima per suam scalam ponit qd eternitas dei & eternitas mundi: in vno bono cum magnitudine concordant: quod falsum est: quod contrarietas magna & eterna hoc impedit. ¶ Tercio ad idem secunda species regule c. & d. ponit qd si mundus est eternus: concordantia bona: magna & eterna ambit totam essentiam mundi disparatam ab omni contrarietate: quod falsum est. ¶ Quartus per tertiam speciem regule c. postquam mundus sit eternus: est essentia mundi eterna cum magnitudine eternitatis: quod falsum est: cum in mundo sit corruptio & culpa: que sunt effectus magnitudinis & contrarietatis et malicie. ¶ Ad idem per quartam speciem regule c. concordantia habet magnam bonitatem et eternitatem in subiecto in quo est: quod falsum est: cum subiectum sit habitatum de magna malicia & eternitate per contrarietatem. ¶ Ad idem per tertiam speciem regule d. significatum est qd mundus sit eternus: et est tantum subditus malicie quantum bonitati: quod non est dicendum: ut manifestum est per diuinam eternitatem: que prima causa est cum magna concordantia bonitatis durationis & c.

Q. 3. de camera B. C. T. C.

De camera B. C. I. D.



¶ Mundus est eternus: sequitur qd est bona & magna concordantia eterna inter sensuale et sensuale & c. quod est impossibile. Quoniam contrarij fines non possunt esse boni cum ma-

Q. 4. de camera B. C. T. D.

gnitudine eterna. q. si sit bonitas/est
 z ratio quod produceret bonum et ma-
 lum. Et magnitudo magnificaret bonū
 z malum infinite cum eterna contrarie-
 tate. z eternitas faceret durare illa con-
 trarietatem magnam/bonam z malā.
 quod est impossibile. ¶ Regula b. dicit
 q. mundus non est eternus per hoc qd
 dictum est de diffinitionibus. Et prima
 species regule c. d. ponit primitiua con-
 trarietates bonas/magnas z eternas. z
 secunde species c. z d. ponunt compo-
 sitionem bonitatis z malicie/magnitudi-
 nis z paritatis/eternitatis/z temporis
 z contrarietatis/atq; concordantie/
 quod est impossibile. ¶ Ad idem: tercia
 species regule c. ponit q. contrarietas est
 bona z magna in eternitate/z per conse-
 quens bonitas z malicia sunt bone z ma-
 gne in eternitate/quod est impossibile.
 ¶ Ad idem per quartam speciem regu-
 le c. z. eua tercia species regule d. habet
 dominium in eternitate: z bonitas z ma-
 gnitudo habent possessiones eternas in
 per eterna contrarietate/quod est im-
 possibile. Concluditur ergo p. predicta q.
 mundus non est eternus.

De camera B. D. T. B.

Qd. 5. de
 camera
 B. D. T.
 B.



Osito q. mundus sit eter-
 nus/differencia quidem q.
 est inter sensuale z sensua-
 le zc. ponit q. sūt tres eter-
 nitates bone et eterne/in
 quib' bonitas est ratio p-
 ducens bonum inconfusum z eternum/
 qd falsum z inopinabile est. Differentia
 quidem existens inter sensuale z intelle-
 ctuale: scilicet in forte z platone nō fuit
 pducta ab eterno z in eterno: eo q. non
 est. Et simili modo potest dici de vitiis
 corruptus/elementatis z vegetatis. Sz
 posito q. mundus non sit eternus. Dif-
 ferentia que fuit inter sensuale z intelle-
 ctuale/z sic de alijs hominibus defun-
 ctis: potest quidem reduci in eternitatē
 per resurrectionē cū habitu bono z eu-
 terno a deo per meritum dato. ¶ Item
 regula b. hoc idē affirmat/z prima spe-
 cies regule c. nam deus est ens remne-
 rans in eternū. Adhuc prima species re-
 gule d. dicit q. eternitas dei simpliciter
 est primitiua p. eternitatē differentē ab
 omni tpe. Et bonitas quidem ponit ta-
 lem differentiam bonā. ¶ Secda species
 3o regule c. ponit q. in eternitate mū-
 di non est innatū eternare: quia si esset/

multiplicaret extensivē infinitū eterna-
 tum/qd est impossibile. ¶ Ad idē: secun-
 da species d. ponit q. si mundus esset eter-
 nus/qd est cū differentia/ipsa tñ eterni-
 tate continente in se eternantē/eterna-
 tum z eternare: ex quib' eternitas mū-
 di est/quod est impossibile. ¶ Ad idē po-
 test dici per secundam speciem regule c. et
 tertiam d. q. differentia in eternitate dei
 z mundi est bona. qd falsū est/ eo quia
 submittit eternitatē dei inq; ausert
 ab ipsa singularitatē eternas. ¶ Alteri^o
 quarta species regule c. ponit q. si mun-
 dus est eternus/q. habet nimis de simi-
 litudine cum deo per infinitaz duratio-
 nē: qd est malū eternum z cōfusū: g. zc.

De camera B. D. T. C.



Osito q. mundus sit eter-
 nus/eternitas dei z eterni-
 tas mūdi bene quidē cōco-
 rdant/quod est impossibile.
 cū eternitas mūdi in se cō-
 tineat eternā maliciā per corruptionē z
 peccatū: z hoc apparet satis per regu-
 lam b. cū diffinitioe bonitatis/eternita-
 tis z cōcordantie. ¶ Alteri^o prima spes
 regule c. ponit q. si mundus est eternus
 sequit q. sua eternitas est ens vltra qd
 non est aliud preiacens p. durationem/
 qd est 3 eternitatē dei: vt p. 3 tertiam
 speciem regule d. que quidem ponit subie-
 ctionē que nō potest pducere in nō esse
 hoc qd est sibi simile in duratione. Et h
 etiā affirmat p. primā speciem regule d. q.
 qdē dicit q. mūdus semp fuit/est z erit.
 ¶ Item secūde species regule c. z d. hoc
 ponunt. nā substrata mūdi est de eterni-
 tate/eternabili z eternare. Et sic impos-
 sibile est ipsum reducere in nō esse. ¶ Ad
 idē: tercia species regule c. ponit q. bo-
 nitas z eternitas sunt subdite in eterna
 contrarietate. Et quarta species. eiusdē
 regule dicit q. habet passionē cum mali-
 cia. ergo zc.

Qd. 6. de
 camera
 B. D. T.
 C.

De camera B. D. T. D.



3 mundus est eternus/sua
 pzetias innata est bona et
 eterna: qd falsū est. Contra-
 rietas em eterna est 3 boni-
 tatē eternā cū malicia z ecō-
 uerſo. ¶ Un sequit q. eternitas mūdi est
 subiectū ex cōtrarijs innatis cōpositū. Et
 hoc p. 3 p. primā z scdam speciem regu-
 le d. z p. primā speciem regule c. q. substā-
 tiā est cōposita ex primitiuis z contrarijs et

Qd. 7. de
 camera
 B. D. T.
 D.

Quinta pars.

eternis. Et per secundā speciem regule mundus habet eternaliter innatos/contrariantē/ contrariatū z cōtrariare. Et per quartam speciem regule c. bonitas eterna habet actionē in eterna malicia z conuerso: qd est valde impossibile: cū regula b. minime ad hoc consentire possit. ¶ Concludit ergo qd impossibile est qd mundus sit ab eterno.

De camera B. I. B. L.

Qd. 8. de camera B. T. B. C.



S mundus nō est eternus/ bonitas z differentia existētes inter sensuale z intellectuāle zc. possunt habere cōcordantiā in euo eterno. Sed si est ab eterno/ nequaq; cū nūq; fuerit primus homo neq; vltimus erit. Et sic mundus est subiectum confusum in quo bonitas moralis nō haberet concordantiā ab eterno: neq; cōcordātia in ipso haberet concordantiā ab eterno: neq; concordantiā in ipso haberet suaz definitionē: quod patet per euiternam corruptionem/ p̄uatiōem z culpam/ qd est contra primam regulam. Et per primam speciem regule c. mundus est subiectum in quo bonitas nō habet concordantiā neq; quietem. Et per primā speciem regule d. bonitas/ differentia/ cōcordātia sunt primitiue forme z innate a perfectione separater: mundus est confusus per secundam speciem regule d. Et per secundā speciem regule c. habet innatos/ confusiuum/ confusibile z confundere. Per tertiā nō speciem regule d. est ali- quod ens dominās quod ponit mundū confusum. Adhuc per tertiam speciem regule c. prima causa mundi est mala/ ipsa quidem habente in mundo dominium. Et hoc ratione quarte speciei regule c. quod est impossibile: ergo cōcluditur qd mundus nō est eternus.

De camera B. I. B. D.

Qd. 9. de camera B. T. B. D.



S mundus est eternus/ contrarietas sua est innata z eterna z substantata in bonitate z malicia/ contra claram differentia: z hoc per eternā z vniuersale scalaz existēte inter sensuale z sensuale zc. Tale quidē scalā cōtrarietas nequaq; sustinere possit. ¶ Alterius prima regulā p̄sentit oimode z affirmat qd de questione negatiua est tenenda. Ad idēz prima species regule c.

ponit qd si mundus est eternus: qd cōtrarietas est impediens omne bonū diu- sum per sensuale z sensuale zc. Et bonitas quidē eterna est ens perficiens scalam existentem inter sensuale z sensuale zc. Et differentia existens inter sensuale z sensuale/ est ens distinguens inter bonum z malum. Et iterum per secundam speciem regule d. mundus est compositus ex primitiuis contrarietatib; bonis z differentibus. Qd quidē est falsum z manifestū p̄ primaz speciem regule d. Per secundam nō speciem regule c. z tertiam speciem eiusdē regule: z tertiaz speciem regule d. patet qd mundus est subditus suis partibus innatis. Adhuc per tertiam speciem regule c. est in suis partibus innatis corruptibilis/ ipso habente/ ratioe quarte speciei habitū eternum. Et cum omnia sint impossibilia: ergo zc.

De camera B. I. L. D.



S mundus est eternus/ sua bonitas/ idē eterna z innata est per scalam de sensuali z sensuali zc. ipsa scala existente habitata de eterna concordantiā atq; contrarietate: qd est impossibile/ ex qd est contra diffinitiones predictarū rationum. ¶ Alterius regula b. idēz testat negatiue. Adhuc prima species regule c. dicit qd mundus est substantia composita ex contrarijs eternis ipso existente corruptibili/ cuius sit eternus: quod est valde impossibile et dissonum rationi. Item prima species regule d. ponit quidē primitiuam corruptionem/ ratioe primitiue contrarietatis existētia inter bonitatem z maliciam. Cōcordantiā autem primitiue ponit oppositum/ z sede species regule c. z d. ponunt qd mundus est commixtus ex contrarijs/ vno posito in alio. ¶ Ampli⁹ tertia species regule c. dicit qd mundus est corruptibilis in sua contrarietate/ et incorruptibilis in sua concordantiā/ z bonus in sua bonitate/ et malus in sua malicia. ¶ Alterius regula d. ponit qd mundus est subditus sue imperfectiōi/ qd aliquod ens existens extra suam essentiam. Et etiāz est a deo intantum separatus/ qd deus bonus nō est: sed est deus malus: qd est impossibilissimum: quare zc.

Qd. 10. de camera B. T. C. D.

De camera L. D. I. B.

Q. 11. de camera C. D. T.



Ostio q' mūdus sit etern⁹ queritur quid est differētia magna sue eternitatis per scalā de sensuali ⁊ sensuali ⁊c. Et respondendūz est q' est ista essentia que ponit eternitatem distinctam inter sensuale ⁊ sensuale per eternantē/eternatum ⁊ eternare: qd est impossibile. quia illa generabilia sunt incorruptibilia/ qd est contra eorū diffinitūtes. Regula etiā b. de predict' testatur negative. Adhuc prima species regule c. ponit ⁊ consentit q' diffinitio antedicta est falsa ⁊ impossibilis. ¶ Ampli⁹ prima species regule d. affirmat primitiūas esse corruptiones ⁊ incorruptiones. p magnitudinem/ magnas: ⁊ p eternitatem/eternas. ⁊ p differentiaz/differētes siue claras. ¶ Itē e cūde species c. ⁊ d. ponunt mūdū esse cōpositū ex ipsis. ¶ Adhuc tertia species regule c. dicit q' mūdus est in celo incorruptibilis ⁊ in elementatis corruptibilis/mūdo habētē naturā incorruptibile ratione quartē speciē regule c. ⁊ est incorruptibilis eternaliter cū magna differentia/qd est ꝓtradictio/ ⁊ etiam contra tertiā speciē regule d. ergo ⁊c.

De camera L. D. T. L.

Q. 12. de camera C. D. T.



Mūdus est eternus: q' rīf qd est magna ꝓcordantia eternitatis sue: Et rīden dū est ꝓ diffinitiones magnitudinis/ꝓcordantie et eternitatis. p scām speciē regule c. q' est ens habēs in se inna tos eternatē/eternatū ⁊ eternare. ¶ Adhuc p scām speciē regule c. ⁊ p primam ⁊ scām speciē regule d. q' sit de ipsis ab omni ꝓtrarietate remota. ⁊ q' habeat p magnitudinē sic extēsitatēz sicut hz per eternitatē infinitā durationē fm quartā speciē regule c. ⁊ p tertiā q' sit in magnitudine infinita sicut in eternitate a tertia speciē regle d. sepata: qd ē falsūz: vt pꝓ ꝓ scalā de sensuali ⁊ sensuali ⁊c.

De camera L. D. T. D.

Q. 13. de camera C. D. T.



Onesso q' mundus sit eternus: q' rīf qd ē magna cōtrarietas magnitudinis ⁊ eternitatis: Et respondendum est p primam speciē regule c. q' est infinita resistentia inter diuinas magnitudinem ⁊ eternitatem. Et

ad hoc testatur prima species regule d. nam diuina eternitas causat infinitam durationem sibi similem: et magnitudo causat magnitudinem celi finitam sibi dissimilem. ⁊ per tertiā speciē regule d. magnitudo dei est impedita in suo effectu agēdo: eternitas ꝓ nequaꝑ. vñ sequitur p accidens magna ⁊ eterna cōtrarietas inter diuinam eternitatem ⁊ magnitudinem per secundam speciē regule c. ⁊ d. vnde sequitur q' magnitudo dei est in sua eternitate ꝓtrarians ⁊ eō ueris. Et etiam uidet q' diuina eternitas habeat altius posse ⁊ vigorez/ꝓ magnitudo sua: quod est falsum ⁊ impossibile: et hoc probatur per regulam b. et diffinitiones: magnitudinis/bonitatis ⁊ eternitatis. ergo ⁊c.

De camera L. T. B. L.

Q. 14. de camera C. T. B. C.



Atto q' mūdus sit eternus: queritur quid sit magnitudo sue differentie ⁊ concordantie: Et respondendum est per primam speciē regule c. d. q' sunt primitiue essentie ⁊ eterne ab omni contrarietate separate. ⁊ per secundā speciē regule c. d. est compositus ex ipsis absq' cōtrarietate: quod est impossibile/vt apparet per scalā de sensuali ⁊ sensuali ⁊c. Que quidem scala/est ꝓpria passio mūdi cum tertia speciē regule d. que ponit q' mundus sit subditus corruptioni ratione ꝓtrarietatis habentis in mundo magnam ⁊ eternam actionem. ¶ Hec autē regula b ⁊ diffinitiones predictorū ꝓincipioꝝ sustinere. nō possent. ergo ⁊c.

De camera L. T. B. D.

Q. 15. de camera C. T. B. D.



Mundus est eternus: que ritur quid est magna cōtrarietas sue differētie: Et est respondendum per primam speciē regule c. d. q' est illa scala existēs ē iter sensuale ⁊ sensuale ⁊c. habituata simpliciter de contrarietate composita per secundam speciē regule c. d. Solutio qua differētia coessentialis mundi est subdita. et p tertiam speciē regule c. d. contrarietas est actiua in differentia. et per quartam speciē/contrarietas habet actus eter nos simpliciter: qd est impossibile/vt est manifestum per scalam sensuales ⁊ sensuales ⁊c. ⁊ etiam per regulam b. ⁊ diffi-

D iij

Quinta pars.

nitiones dictorum principiorum ergo etc.

De camera C. L. L. D.

Q5.16. de camera C. T. C. D.



Osito q̄ mūdus sit eternus querit̄ qd̄ est magna distantia existens inter suam magnam concordantiā & triaretate? Et r̄ndēdū est per primā speciem regule c. d. q̄ est illa forma que causat contradictiones: qd̄ apparet per scalam eternam existentē inter sensuale & sensuale etc. eo q̄ cōiungit se in eternitate que est simplex principium / in quo sunt composita per scām speciei regule c. d. Et vnū quidem principiu est subditum alteri / per tertiam speciem regule b. et secunda & tertia species regule c. ponit magnam distantiam & eternitatem: cum concordantia & contrarietas sint opposite in subiecto / vna habente in alia contrariam naturā p̄ quartam speciem regule c. Et q̄ eternitas mundi ponit sibi coessentialem contradictionem / que quidez contradictio minime pot̄ esse. Concluditur ergo q̄ mundus non est eternus.

De camera D. L. B. C.

Q5.17. de camera D. T. C.



Atō q̄ mūdus sit eternus? q̄rit̄ de quo ē sua eternitas? R̄ndēdū est per primā speciem c. d. q̄ est de primitiuis infinitis & finitis differētibus / cōcordantibus in scala sensuales & sensuales etc. substantatis. Eternitas q̄dez quo ad suuz genus / est infinita duratio dicit̄ atq̄ cōcordantie que sunt in scala quo ad genus earū: & sunt finite in extensitate / q̄titate atq̄ habitu & situ: & in eternitate sunt eterne. vñ sequit̄ p̄ scām speciei regule c. d. q̄ mūdus est cōpositus ex partibus infinitis & finitis / eternitate habente dominationes p̄ quartā speciem regule c. & p̄ oēs alias partes inatas que finite sunt. ¶ Adhuc habet subiugationes per tertiam speciem regule d. qd̄ est falsum & impossibile / & enā cōprobat̄ per regulas b. & per diffinitiones antedictorum principiorum. ergo etc.

De camera D. L. B. D.

Q5.18. de camera D. T. B. D.



¶ Mūdus est eternus: queritur de quo sunt sue contrarietates & differentie innate et sibi coessentialis / q̄ sunt proprie passionis eius in scala

sensualis & sensualis etc. substantatis? Et respondendū est p̄ primā speciem regule c. d. q̄ sunt de primitiuis & eternis differētibus / & contrarietatibus que componuntur per secundam speciem regule c. d. ipsis habentibus dominationē et subiugationē p̄ quartā speciem c. & p̄ tertiam speciem d. vna ratione siue principio existēte in alio subiecto eterno / sicut vñ punctus naturalis in alio puncto: ex quibus linea est continua & cōposita: qd̄ est falsum & impossibile. & etiam est manifestū per regulam b. & per diffinitiones principiorum ergo etc.

De camera D. L. L. D.



Osito q̄ mūdus sit eternus? q̄ritur de quo sunt sue naturalis & sibi coessentialis concordantie & contrarietates per scalam de sensuali & sensualis etc. designate: & similiter queritur de quo sunt sue morales concordantie & contrarietates? Et respondendū est per primā speciem regule d. q̄ sunt de seipsis: & per primam speciem regule c. eternitas est ens ex contrariis compositus: qd̄ p̄t̄ per secundā speciem regule c. d. ipsa habente in seipsa concordantiā / contrarietatem & eternitatem: concordantibus / contrariatū & eternitatum: concordare / contrariare & eternare: quod quide est ponere oppositū in obiecto. Et mundus est in partibus suis corruptibilibus & incorruptibilibus / vt est manifestū per tertiam speciem regule c. ipsa habente p̄ quartā speciem eiusdē regule infinitas in numero reuolutiones / multiplicatō infinituz numerum & eternū / mundo existente in infinito / quiete & labore / qd̄ est falsū & impossibile: & hoc probatur p̄ regulā b. et diffinitiones eternitatis & concordantie & contrarietatis. Concluditur ergo satis manifeste q̄ mūdus nō est eternus.

Q5.19. de camera D. T. C. D.

De camera L. B. C. D.



¶ Mūdus est eternus: queritur vtrum sue differentie & contrarietates sint eterne? Et respondendū est q̄ sic / vt patet in secunda figura per triangulū viridem. ¶ Nam priuata vniuersali differentia / cōcordantia atq̄ contrarietate / mundus quidez nō haberet ex quo esset. Et sic patet per secundā spe

Q5.20. de camera T. B. C. D.

cienti regule d. z c. q. mundus est ex partibus punitius ad aliquem finem eter num ordinans per differentiam z cōcor dantiam z nō ex paribus punitius or dinatis ad aliquem finem eternum p dif ferentiam z contrarietatem. Et sic diuina eternitas est causa mundi z nō cau sa. Et per secundam speciem regule c. d. mundus est compositus z nō compositus ipso habente per quartam speciem par tes innatas z nō innatas. Et per tertiaz speciem regule c. est in fine z nō in fine. Et per tertiam speciem regule d. mundus est subditus deo z nō subditus/ nec cessitatus z nō necessitatus/ z a contingencia remotus z cū contingencia con iunctus: z sic est z non est. ¶ Et cū omnia ista sint contradictoria/ falsa et impossi bilita: quod patet per regulam z diffin itiones antedictorum principiorum. De monstratum est ergo latius euidenter q mundus non est eternus. ¶ Probaui mundum esse nouum/ per quam proba tionem est necessarium deū esse/ cū mū dus nō possit seipsum causare atq; deduce re de nō esse in esse: quia si sic/ā esset anteq; esset/ qd est contradictio. ¶ Inue nimus ergo deum esse cum sua gratia z benedictione ex qua inuentione gaudea mus valde/ ex eo q habebimus eē post mortem ratione sue magne bonitatis et iusticie z charitatis.

¶ Data est ḡ doctrina practice istius artis/ videlicet per quem modum intel lectus descendit ad particularia multi plicando viginti rationes ad vnā z ean dem conclusionem/ miscendo principia z species regulari/ cum quibus mixtio nibus z inuentionibus fiunt solutiones questionum. Et hoc exemplificatum est per pnam columnam: z similiter ex plicari potest per secundam z tertiaz z c. per ordinem. ¶ Et in isto passu appa ret/ per quez modum intellectus habet generale subiectum: scilicet tabulam hu ius artis ad inueniendū media de qua cunq; materia sint/ posito q sciatur qd dicitur per nomen/ de quibus z cū qui bus scilicet medijs sic conclusio que quide media sunt subiectum huius artis.

¶ Finis ḡte ptis pncipalis hui' opis.

Sexta pars principa lis De euacuatione ter tie figure.



Tertia figu

ra est diuisa in tri ginta sex cameras vt in ipsa patet: et in qualibet came ra sunt implicite duodecim ppositio nes z viginiquatuor questiones et solutiōes earū. ¶ Et vocam' euacuare/ quando extrahim' ppositiones/ z que stiones/ z solutiones earuz: z de impli catione ad explicationem ipsam deducimus doctrinam/ dando artificialiter et practicas huius artis. Sicut em h' solve mus questioes cū principioz diffinitio nibus z speciebus regularum/ sic potest artista huius artis cuius ipsi questiones solvere peregrinas/ supposito in q arti sta sciat quid dicitur per nomen.

Rubrica ferte para tis. 79

Euacuare quid est.

De camera B.C. 102



¶ Camera ista primo facie mus ppositiones mutan do subiectum in predicatu: deinde faciemus questioes/ z sicut exemplificabim' de duodecim ppositionibus camere b.c. ita potest exemplificari de alijs camerais cō tentis in ista tertia figura. Et postmo dum solutiōes faciemus pbādo p tres ppositiones in qualibet camera. Et si cut de illis exēplū dabimus/ ita pot' dari de alijs ppositionibus cōtēntis in eisdē cameris. ¶ De primo igitur dicendū est sic. ¶ Unde sciendum est q in tertia figu ra intellect' euacuat cameras/ eo quia abstrahit ab ipsis tantū quantum pot' recipiēdo a qualibet camera ea que li tere significant/ z applicet illa significa ta ad ppositum. Et sic ipse intellect' facit se applicatiuū/ inuestigatiuū z in uentiuum. Et de hoc dabim' exēpluz de vna camera p̄tinēte duodecim ppositio nes supradictas. Et sicut sequitur de illa/ ita sequet de alijs. Et hoc sic. ¶ De ca mera b.c. intellectus haurit duodecim ppositiones dicēdo sic. Bonitas est ma gna/ bonitas est differens/ bonitas est cōcor dans. Magnitudo est bona/ magni tudo est differens/ magnitudo est cōcor dans. Differentia est bona/ differentia est magna/ differentia est concordans. Cōcordātia est bona/ cōcordantia est ma gna/ cōcordātia ē differēs. ¶ Factis istis xij. ppositiōib' mutādo subiectū in pdi catū z eōuerfo/ hec camera est euacua: Di iij

Prima ca mera que est B.C.

Duodecim ppositioes in 3. 68

Correla rium.

Cōclusio.

Generale subiectum hui' artis.

Sexta pars.

Enarratio p
24 media

24 m
24 m

Enarratio p
24 Spr ngn
24 b. 24
24 .c.

Probationis

ta ipsa propositionibus. Deinde euacuet
 eas duodecim medijs eo qd consistit iter
 subiectu & predicatu cum quibus conue
 niunt genere aut specie. Et cu3 illis me
 dijs intellectus faciet se disputatuz &
 determinatuum. Et ista media supra di
 cta extrahuntur a duodecim propositioni
 bus supra dictis: vt cu dicitur omne id
 qd magnificat a magnitudine e magnu:
 sed bonitas est id quod magnificatur a
 magnitudine: ergo bonitas est esse ma
 gnuz: et sic de alijs. ¶ Facta ista euacua
 tione intellectus euacuet ipsam came
 ram viginti quattuor questionibus: co
 quia in qualibet propositione sunt due
 quæstiones implicite. Et hoc sic. Bonitas
 est magna. Utrum bonitas sit magna?
 Quid est bonitas magna? Bonitas est
 differens. Utrum bonitas sit differens?
 Quid est bonitas differens? Bonitas e
 concordans. Utrum bonitas sit concor
 dans? Quid est bonitas concordans? Ma
 gnitudo est bona. Utrum magnitudo sit
 bona? Quid est magnitudo bona? Ma
 gnitudo est differens. Utrum magnitu
 do sit differens? Quid est magnitudo dif
 ferens? Magnitudo est concordans. Utrum
 magnitudo sit concordans? Quid est ma
 gnitudo concordans? Differentia est bo
 na. Utrum differentia sit bona? Quid e
 differentia bona? Differentia est magna.
 Utrum differentia sit magna? Quid est
 differentia magna? Differentia est con
 cordans. Utrum differentia sit concordans?
 Quid est differentia concordans? Concor
 dantia est bona. Utrum concordantia sit
 bona? Quid est concordantia bona? Con
 cordantia est magna. Utrum concordan
 tia sit magna? Quid est concordantia ma
 gna? Concordantia est differens. Utrum
 concordantia sit differens? Quid est co
 cordantia differens? ¶ Facta ista euacua
 tione questionu deinde intellectus euac
 uet cameram cum definitionibus bon
 itatis et magnitudinis: & cum tribus
 speciebus differentie & concordantie: vt
 patet in scda figura. ¶ Deinceps euac
 uet cameram: cum tribus speciebus re
 gule b. & cu quattuor speciebus regule c.
 & expedita ista euacuatione intellectus
 postmodum soluat questiones pdictas
 in illa euacuatione sequendo pdictiones
 camere: affirmado aut negando. Et sic
 intellectus expellit a camera dubitatio
 nes: et consistit in illa quietatus: & etiã
 cognoscit se valde generalem & artificia
 rum: et de magna scientia habituatus.
 ¶ Modo autem solutiones faciemus pro
 bando per tres propositiones: vt sequa

mur ordine prelibati. Et hoc sic. Boni
 tas est magna. Utrum bonitas sit magna?
 Et respondendum est qd sic. Quid pa
 tet per definitionem magnitudinis: et
 per primã speciem regule c. que dicit q
 magnitudo est ens ratione cuius boni
 tas est magna. Et per secundam speciẽ
 regule c. vltim est q bonitas magna e
 eo q habet coefficientales bonificatio
 nes: bonificabile et bonificare / cum quibus
 habet magnã naturam & quietez: vt pa
 tet per quartã speciẽ regule c. & per ter
 tiã speciẽ eiusdẽ regule est in differẽtia
 & concordantia cu3 definitionibus earu/
 distinguendo & concordando: & hoc intra
 suum genus et suã essentiam ex quibus
 outur moraliter bonitas magna. Prob
 atũ est ergo q bonitas est magna. Et
 ad hoc quidẽ testatur regula b. ¶ Que
 ritur quid est bonitas magna? Et re
 spondendum est per primam speciem re
 gule c. q bonitas magna est illa essen
 tia que per secundã speciẽ regule c. con
 tinet in seipsa distinctos & concordates/
 bonificantem / bonificatum & bonifica
 re: qui quidem sunt de sua essentia & na
 tura: cum quibus habet per quartã spe
 ciem proprias actiões / passiones & acti
 ões: cum quibus per tertiaz speciẽ sit mota
 moraliter: tunc quomodo est magna ra
 tio bono q producta de seipsa magnuz
 bonuz. ¶ Absq omnibus istis / bonitas
 non potest esse intese & naturaliter ma
 gna. neq etiã esse de genere substantie.
 ¶ Queritur vtruz bonitas sit differens?
 Et respondẽdu est q sic: vt patet in agu
 lo secunde figure: et etiam per differen
 tiam bonitatis. Bonitas enim non effec
 ratõ bono q pduceret bonuz: nisi effec
 ter differentia: siue nisi haberet naturã dif
 ferentie: neq etiã differentia posset
 causare omnes naturales cum proprijs
 & naturalibus passionibus. Et hoc pro
 bat regula b. et etiam c. Et hoc per pri
 mam speciem: quoniã nisi bonitas esset
 differens / iam non posset fieri de ipsa
 ista definitio / bonitas est ens cui pro
 pue competit bonificare. Et per secun
 dam speciem / bonitas est: relativa natu
 ra liter. Et per tertiam / bonitas est ha
 bitus: vnus inter istud sensuale & illud
 sensuale: et alius habitus inter istud sen
 suale & illud intellectuale. ¶ Utrum p
 quartam speciem eiusdem regule / boni
 tas habet vnã naturã in isto lapide:
 et aliam in illa planta &c. ¶ Queritũ
 est bonitas differens: et respondẽdu
 est per primã speciẽ q bonitas est illa
 ratio cum qua bonificans distinguit a

bonitas
magna

quid est
bonitas
magna

utrum bu
nitas est
differens

quid est
bonitas
differens

seipso bonificatum et bonificare. Adhuc per secundam/bonitas differens est illud ens quod habet in se coessentialia et naturales relationes/cora essentia bonitatis existente in quolibet relato cum simplicitate. Quertus per tertiaz specie/bonitas differens est in pluribus habitibus specie differetibus diffusiva. Una nãg est in auro: alia vero i rubis: et c. Ad idem per quartam specie/bonitas differens habet unum habitum in vno subiecto: alium in alio: vt per regulam b. c. probatum est. ¶ Bonitas est concordans. Utrum bonitas sit concordans? Et respondendum est q sic/per primam: speciem. Nisi enim esset concordans/nam nõ esset ratio bono q produceret bonum in sua specie. Et per secundam specie/nisi bonitas esset concordans/sui quidez relationi carerent concordantia: quã i esset sibi malum: et esset contra suam naturam et suum genus. Ad idem per tertiam specie ratione concordantie bonitatis/est bonitas iter sensuale et sensuale. habitus bonus concordat iuis/diffusiuus. Ad idem per quartam specie/bonitas cum sua concordantia habet naturam diffusiuam inter sensuale et sensuale et c. Et hoc per diffinitionem bonitatis et concordantie/et per regulam b. demonstratum est. ¶ Queritur quid est bonitas concordans? Et respondendum est per primam speciem regule c. q bonitas concordans est illa essentia in qua concordat proprie bonificatio/bonificatum et bonificare. Et hoc probabile est per secundam speciem. Ad idem per tertiam/bonitas concordans est illa forma qua vnus homo et alius homo sunt idez specie. Ad idem per quartam specie/bonitas concordans est illa natura cum qua vnus homo bonus habet concordantiam bonaz cum alio naturaliter siue moraliter.

cunda species d. Si enim bonitas esset de bonificatio/bonificabili et bonificare: impossibile quidem esset q haberet naturam durandi per se. Et per tertiaz speciem regule d. bonitas quidem e durabilis quo ad se substantialiter/et enã durans acciditã bona influxa ab ipsa: et hoc naturaliter et moraliter. ¶ Queritur bonitas durans/de quo est? Et respondendum est per primam specie q est de seipso/eo q habet primitiuos relationes ex quibus est: quod patet per secundam speciem d. Ad idem: bonitas e subdita suo toti in quo est. Et hoc probatum est per regulaz b. ¶ Bonitas est differens. De ista autez camera iam superius dictum est in camera b. c. ¶ Bonitas durans de quo est? Et respondendum est per speciez regule d. vt supra significatum est. ¶ Bonitas est contraria. Utrum bonitas sit contrarietas? Et respondendum est q sic: vt patet per scalam de sensuali et sensuali. Et ad hoc testantur diffinitiones bonitatis/differentie et contrarietatis: et per regulaz b. ¶ Ad idem: bonitas contrarietas de quo est? Et respondendum est q est de pluribus habitibus bonis: sicut de caliditate/frigiditate/humiditate et siccitate /ponderositate et leuitate / generatione et corruptione: et huiusmodi. Et hoc per primam speciem verum est. Per secundam vero speciem regule d. bonitas contrarietatis est per accidens/ sicut in elemento in quo elementa contrariantur per contrarias qualitates. Per tertiam vero speciem verum est q contrarietas que est accidens/est subdita bonitati substantiali sicut instrumentũ cause efficienti.

Utrum bonitas sit durans

Bonitas durans de quo est

Bonitas differens

Bonitas contrarietas de quo est

De camera B. E.

De camera B. D.



Bonitas est durans. Utrum bonitas sit durans? Et respondendum est q sic/per diffinitionem durationis: et hoc idem per suam diffinitionem/et per angulos b. c. designatos in secunda figura. Et hoc probat regula b. et similiter regula d. per oes suas diffinitiones: sicut per primam perquam est primitiua: vt auz dicitur: bonitas hz res relatãz sibi coessentialia cum quibus in sua natura durat/ hoc probat se



Bonitas est potens. Utrum bonitas sit potens? Et respondendum est per diffinitiones bonitatis atqz potestatis q sic/eo quia potestas est ens ratione cuius bonitas potest exultare et agere. Et nisi bonitas esset potens/iam non posset esse ratio q bonus produceret bonũ. Et etiam regula b. affirmat q bonitas potens est. ¶ Bonitas quare est potens? Et respondendum est per primam speciez regule e. eo quia e de coessentialibus bonificatio/bonificabili/et bonificare. Et sic bonitas vt agens et potens

Tertia camera de B. E.

Bonitas quare potens

Utrum bonitas sit concordans

Utrum bonitas sit concordans

Secunda camera B. D.

bonificat bonificabilia peregrina i suo bonificabili intrinseco: que quidem bonificabilia peregrina non sunt de genere neq; natura bonificabilis intrinsece ipsius bonitatis. per secundā vero species bonitas est potens vt alie essentie ex ipsa sint habituate. et hoc per regulam b. vsum est. ¶ Bonitas est differēs ad hoc iam responsum est in camera b. c. ¶ Bonitas est p̄ncipians: vtrum bonitas sit p̄ncipians? Respondendum ē q̄ sic per suas diffinitioez: eo quia ē ratio bono qd̄ producat bonum. et hoc probat diffinitio p̄ncipij et differentie per scalam de sensuali et sensuali et in quibus bonitas est p̄ncipiū generale a quibus descendit bona differentia existens inter istam plantam et illam. Et sic de bono p̄ncipio causali et accidentalī. et hoc affirmat regula b. et p̄ia species regule c. ex eo q̄ bonitas est p̄ suis bonificatus, bonificabilez et bonificare. et p̄ secundā specie bonitas est: vt alia p̄ncipia sint sub ipsa bona habentia bonos habitus per ipsam bonitatem.

est q̄ et antum quāntū ipsa est diffusa p̄ cameras tertie figure ratioe mixtionis p̄ncipioz habituatorum de bonitate. ¶ Bonitas quantū est mediabilis: Et respondendum est q̄ tantum quāntū medium ipsam intrare potest quo ad diffinitione medij bonitatis/sapientie et differentie: vt probatum est per regulas b. Et per primāz secundam specie regule f. ed quā bonitas quo ad suā essentia h̄z continuā quāntitatē et quo ad suas relationes habet quātitates discretas a differentia causatas.

bonitas
quāntū
mediabilis
h̄z p̄

De camera B. S.



Bonitas est amabilis. Vtrum bonitas sit amabilis: Et respondendum est q̄ sic: vt patet per diffinitionem bonitatis et finis et regulam b. et scalā sensuali et sensuali et. ¶ Vtrum bonitas sit differentiabilis? Et respondendum ē vt supra dictum est. ¶ Bonitas est finibilis. Vtrum bonitas sit finibilis? Respondendum est q̄ sic. Nā si nō esset finibilis iam non esset rō bono qd̄ pduceret bonum; neq; per differentiam esset ratio clara habens rationes naturales et intrinsecas et morales extrinsecas: et sui termini essent malicia et p̄uatio qd̄ est falsum et impossibile. et hoc affirmat regula b. cum diffinitione bonitatis/differentie atq; finis. Et similiter scala de sensuali et sensuali et. ¶ Qualis bonitas est amabilis et differentiabilis et finibilis? Et respondendum est q̄ bonitas substantialis est amabilis per suas p̄prias passionem innatas et relatas et per differentiam declaratas et per finē quietatas: Et est alia bonitas moralis siue accidentalis/ sicut bonitas voluntatis/magnitudinis et. Et similiter bonitas iusticie/sapientie et. ¶ Qualis differentia bonitatis est amabilis? Et respondendum est q̄ est illa que ponit in bonitate intrinsecas relationes et passionem. Et extra ponit relationes morales. et hoc per scalam sensuali et sensuali probatum est. ¶ Qualis finis est amabilis? et respondendum est q̄ ē summus finis qui est prima causa et p̄optius finis bonitatis naturalis et etiam moralis. Et sic sine differentie sine qua scala sensuali et sensuali et. vniuersum quideō esse non potest: et per p̄uatio/disparatōe/ratioe cuius p̄uatioe mundus quidem non haberet esse. Nam ad destructio-

ultra bonitas
quāntū
camera b
B. S.

ultra bonitas
diffinitio
mediabilis
finibilis

De camera B. S.



Bonitas est scibilis. Vtrum bonitas sit scibilis? Et respondendum est q̄ sic: quod patet per regulam b. et per scalā differentie existentis inter sensuale et sensuale et. et etiam p̄ species medij deductas in essentia bonitatis/cum quibus intellectus cognoscit discretas relationes naturales ex quibus bonitas h̄z continuā quāntitatē. et diffinitio medij hoc probat. ¶ Vtrum bonitas sit differēs? Et respondendum est q̄ sic: vt probatum est in camera b. c. ¶ Bonitas est mediabilis. Vtrum bonitas sit mediabilis? Et respondendum est q̄ sic: quā differentia declarat q̄ in bonitate ē bonificare medium existens inter bonificante et bonificabile. Aliter enim bonitas non posset esse ratio bono quod produceret bonum; neq; haberet motū naturalem. neq; etiam relationes reales. Et hoc est satis probabile p̄ regulas b. ¶ Bonitas quāntū est scibilis? Et respondendum est q̄ tantum quāntū medium naturale siue motū intrare pot̄ ipsam bonitatem per scalam existentem inter sensuale et sensuale cum diffinitione bonitatis/differentie/sapientie et medij. et hoc restatur regula b. ¶ Bonitas quāntū est differentiabilis? Et respondendum

qualis
Amabilis
Differentiabilis
Finibilis

ultra bonitas
sit p̄ncipians

in
bibli
care

ultra bonitas sit
scibilis
Quarta
camera b
B. S.

ultra bonitas
sit differentis


ultra bonitas
mediabilis

bonitas quāntū
scibilis

bonitas quāntū
differentia
scibilis

bonificans
bonificans
bonificabilis
bonificans
mediabilis

nem partiu sequitur destructio totius. Et hoc per regulam b. significatus est/ et etiam per regulam g.



Onitas est vera. Utrū bonitas sit vera? Et respondendū est p regulā b. q sic. et si militer p diffinitionē bonitatis/ virtutis/ differentie z equalitatis. Si enī bonitas non esset vera/ iā bonitas non esset ratio bono qd pduceret bonū: neq veritas posset ponere hoc in vero: neq enim differentia posset intrare inter bonificantē/ bonificabile et bonificare veraciter: neq equitas haberet subiectū i quo qd esset/ ipsa existente inter cōcreta bonitates: si esset destructa scala de sensuali z sensuali zc. et si sit scala de substantia z substantia zc. e mund⁹ absqz ipsis scalis minime potest esse/ qd est impossibile. ergo bonitas est vera essentia z p se existēs. ¶ Bonitas ē differēs. Utrū bonitas sit differēs? z respondendū sicut prius dictū est. ¶ Bonitas est equalis. Utrū bonitas sit equalis? Respondendū est q sic. quod patet per regulā b. z per diffinitiones antedictorum principior. Nam bonitas est ratio bono, qd producat bonum: z veritas ponit hoc in vero cū differentia z equalitate/ ad hoc vt bonitas existat equaliter diffusa inter veros bonificantem/ bonificatum/ bonificatē z per scalam d sensuali z sensuali zc. z de substantia z substantia zc. in secūda figura designatas. ¶ Bonitas vera vbi est? et respondendū est per primam speciem regule c. d. q ipsa est in seipsa/ cū ipsa sit primitiua essentia quo ad suū genus. et etiam per secūdam speciem regule c. d. est in suis dōis z veris concretis. et est in veritate/ differentia z equalitate: sicut habuit in habituato. et etiam in scala de sensuali et sensuali zc. et in scala de substantiali et substantiali zc. et b affirmat regle b. i. k.

Septima camera d B. 3. vtrū bonitas vira

qur bibe arr

vtrū bonitas sit equalis

ans tm arr

vbi vira

De camera B. B.



Onitas est virtuosa. Utruz bonitas sit virtuosa? Et respondendum est q sic: qd patet per diffinitiones bonitatis/ virtutis et maiori tatis. et per scalam differentie existentis inter sensuale z sensuale zc. Et similiter per scalam maiori tatis existentis inter substantiam z substantiam zc. et hoc per secūda regulā b. affirmabile est. ¶ Utrum bonitas sit differens? Et respondendum est sicut prius. ¶ Bonitas est maior. Utruz bonitas sit maior? Et respondendū est q sic: nam bonitas magis bona est per substantiā qz per accidens. z per relationes substantiales minores qz accidentales. et bonitas maior est in vno subiecto qz in alio sicut i scala sensuali z sensuali. et i scala maiori tatis existentis inter substantiam z substantiā zc. ¶ Bonitas quomodo est virtuosa? Et respondendum est q e virtuosa tunc quando suum esse est/ sed moraliter est virtuosa tunc quando est habituata habitu iusticie et prudentie zc. et hoc per diffinitiones bonitatis/ virtutis/ maiori tatis/ differentie: et per regulam b. demonstratum est. ¶ Bonitas quando est differentialis? Respondendum est tunc quādo est suum esse. z hoc per differentiam que ponit reales relationes sine quib⁹ non potest habere naturam. et etiam tunc est differentialis quando est moralis. Unus namqz habitus est per iusticia: alius vero p prudentiam zc. et per diffinitiones antedictorum principiorum probatū ē. ¶ Bonitas quando est maior? Et respondendum est q tunc quando substantialiter et non moraliter. Adhuc est maior tunc quando est habituata de virtute moralis existentis in practica/ qz quando non est in practica. Uterius est maior quando agit cum charitate qz quando cū iusticia. et sic illud idem iudicium est de agere substantiali et de agere accidentali. Et hoc per regulam b. probabile quidem est.

vtrū bonitas virtuosa sexta camera de b. 12.

nono virtuosaj

quado

De camera B. K.



Onitas est gloriosa. Utruz bonitas sit gloriosa? Et respondendum est q sic. et hoc pbat regule b. k. et diffinitiones bonitatis/ glorie/ differentie z minoritatis: vt patet in scala de sensuali z sensuali zc. et in scala de substantiali z substantiali zc. Gloria adez est ipsi bonitati qz habeat distincta concreta/ bonat gloriosa/ qz sint de suo genere z natura/ cum quibus quiescat/ z sit disparata z fusioe z minoritate. ¶ Utrū voluntas sit differēs? et rādedū ē q sic: sicut super⁹ est pbatū. ¶ Bonitas minor. Utrum bonitas sit minor? et respō-

vtrū bonitas o tana gloriosa camera d B. k.

vtrū bonitas sit minor

De camera B. J.

Aenduz est qd sicut patet in scala sensua
 li z sensuali zc. z in scala substantiali et
 substāiali zc. Bonitas quide est minor
 in lapide q̄ in plāta z in planta est mi
 nor q̄ in buto. z in colore minor q̄ in vi
 dere. z in videre minor q̄ in intelligere
 sic de alijs. Et hoc per regulam b. R.
 affirmabile est. ¶ Bonitas gloriosa quo
 modo est? Et respondendum est qd boni
 tas gloriosa habet modū per differen
 tiam que ponit qd ipsa sit vna essentia
 substantialis ab omnibus alijs distin
 cta: z qd habeat res diferentes substā
 tiales que sint de suo genere z natura/
 cū quibus habeat naturā intrinsecam z
 in quiete positā. Et h quidez gloriosum
 est ei ipsa existente in gloria: z gloua in
 ipsa bonitate. z habet modum morales
 in causando habitū morales distinctos/
 bonos et gloriosos. Et ad hoc testantur
 regule b. R. ¶ Bonitas cum quo diffe
 res est? Respondendū est qd differes
 est per seipsam z cū differentia que ponit
 qd ipsa essentia sit distincta ab omnibus
 alijs essentis que nō sunt de sua specie
 z natura. Et est aliuermodus cū quo bo
 nitas est differens: videlicet cum suis re
 latuis sibi coessentialibus z substātia
 libus cum quibus causat bonitates acci
 dentales. Et hoc significatū est in sca
 la sensuali z sensuali zc. z in scala sub
 stantiali z substāntiali zc.

quomodo

Cum quo

Magnitudo
 ethymologica
 quid est
 nona ca
 mera que
 est C. D.



Magnitudo est eterna. Ma
 gnitudo eterna qd est? Re
 spondendū est per diffini
 tiones magnitudinis/eter
 nitatis/concordantie z pra
 rietatis: dicēdo sic. Magni
 ficatio eterna est ens habēs in se p̄
 primam z secūdā specie regule c. d. concre
 ta magna/infinita z eterna/atq; p̄mi
 tiua. Et per tertiam species regule c. d.
 dicta concreta sunt existentia cum infi
 nita magnitudine concordantie z etiā
 contrarietate/atq; ab omni subiectione
 separata z quolibet cōcreto existēte in
 alio cōcreto. ¶ Tota quide essentia eter
 nitatis existit in quolibet predictoz cōt
 re totum. z similiter totū esse concordā
 tie z quodlibet in alio suum numerum
 distinctum habet ab alio/tribus concre
 tis existentibus pro vna essentia z non
 pro pluribus. ¶ Magna concordantia
 quid est? Magna concordantia est illa essen
 tia que stat per secundam speciem regu

le c. d. z per tertiam species regule c. est
 in alio tota essentia concordantie z quod
 libet concretū concordantie est tota essen
 tia concordantie. Et etiā est domina om
 nium aliarum concordantiarum accidē
 talium siue peregrinarū. ¶ Magna cō
 trarietas quid est? Respondendū est qd
 est illa forma que causat corruptiōnes in
 eleuatis z causat habitus p̄uauationis:
 videlicet iniuriam/luxuriam zc. ¶ Que
 ritur/magnitudo eterna/magnitudo cō
 cordans et magnitudo contrarietas de
 quibus? Et respondendum est per hoc
 quod dictum est superius: vt patet bene
 intuenti. ¶ Et hoc facim⁹ isto modo cau
 sa alleuatiōnis: z vt tedium non gene
 retur in intellectu addiscētiis/prop̄ter
 replicationem.

de q

Decamera L. E. Magna p̄ns



Magna potestas qd est? Re
 spondendum est qd est ens
 in quo magnitudo z pote
 stas conuertuntur. Et hoc
 per primam speciem regu
 le c. significatū est. Et per
 secundam species regule c. e. magna po
 testas est/eo quia habet cōcreta forma
 lia et sibi coessentialia: scilicet magnifi
 cantem/possificantem / magnificatum/
 possificantem z magnificare z possifica
 re. Et hoc per secundam species regule
 c significatū est: et etiā per primam
 e. Per tertiam vero species regule c. est
 in alijs essentis ad hoc vt per ipsas pos
 sint existere z agere. per quartam au
 tem habet actiones z passiones agendi
 et patiendi in subiecto appropriato.
 ¶ Adhuc per secundam speciem regule
 e. magna potestas est vt omnia alia a se
 sint possibilia magnificare: et hoc p̄batur
 per diffinitionem magnitudinis z pote
 statis. ¶ Magnitudo est concordans qd
 est magna concordantia? Respondendū
 est per hoc quod dictum est in camera c.
 d. Magnitudo est magnum principiu.
 Quid est magnum principiu? Ad qd
 dicendum est qd est ens in quo magni
 tudo z principium conuertuntur absq;
 omni materia z accidente. et hoc per se
 cundam speciem regule c. z per primam
 e. significatū est. Sed magnificans pn
 cipiū est vt sit magnificatum p̄ncipi
 uatum: z qd ab vtroq; procedat magni
 ficare/principiare cum diffinitione ma
 gnitudinis/potestatis / concordantie et
 principij. ¶ Magna potestas/magna

Decima
 camera q̄
 est C. E.

mi
 tum
 ar

Magna
 cordans
 quid

mi
 m
 ar

quid est

quare concordantia & magni principii quare sunt? Et respondendum est qd sunt per hoc qd significatus est per species regule c. e. & per diffinitiones antedictorum principiorum.

Decamera L. 5.

Undecima camera que est de C. 5.



Magnus intellectus est. Quid est magnus intellectus? Respondendum est qd est ens in quo magnitudo & intellectus conuertuntur. Et hoc per primam speciem regule significatum est. Adhuc magnitudo intellectus est qd habeat concreta sibi coessentialia & relativa; scilicet intelligentem/intelligibile & intelligere/cum quibus hanc naturam discretivam; & qd sua essentia sit continua & indivisibilis. Et hoc per secundam speciem regule c. significatum est. Alteri magnitudo intellectus est: ut in sua essentia sint oia intelligibilia; & hoc per tertiam speciem regule c. significatum est: ut ipse intellectus magnifice sit practicus. Adhuc per quartam speciem intellectus est: ut habeat relationem generalem ad oia; sicut intellectus qui intelligit hoc & illud; & qd habeat intelligibile in quo intelligat hoc & illud; & cum ipsis sit practicus et particularis & successivus; & per scalas de sensuali & sensuali &c. & per scalam medij conjunctionis &c. Magnitudo concordans quid est? Respondendum est per hoc qd dictum est in camera c. d. Magnitudo est medians. Quid est magnus medium? Ad qd respondendum est per scalam medij & per scalam concordantie: et per primam & secundam speciem regule c. f. Sine istis non; medium magnus minime posset esse: & etiam absq; tali medio/magnitudo esset vacua & ociosa: & si militer sine tali magnitudine/medium non posset esse magnus. Et qd verum sit quod antedictum est probatum quidem est per diffinitiones principiorum & species regularum; & etiam per scalas supradictas/in quibus intellectus est successivus ascendendo & descendendo/scientias acquirendo & habitando. Queritur. Magnitudo intellectus quanta est? & quanta est sua concordantia? sic de suo medio: Et est dicendum qd tantus est/quantum significatus est. Per hoc autem qd dictum est de sua magnitudine & concordantia et medio in paragraphis postis in camera c. f. dimitimur homini bene speculanti antedictam/scientiam istam. Et hoc facimus causa breuiloquij.

am bix are

Mag. orvel quid

8 nam

De camera L. 5.

Magna voluntas duodecima camera que est de C. 5.



Magna voluntas quid est? & per primam speciem regule c. respondendum est: qd est ens in quo oia magna sunt amabilia; & per secundam speciem regule c. & per primam g. h. magni amantem/amatum & amare formaliter: in quo amato/est actiuus formaliter cum amare. & per quartam speciem habet omnia amabilia in se. & per secundam speciem g. causat habitus amabiles appropriatos de genere qualitatibus. Et pbabile satis est per diffinitionem magnitudinis/voluntatis / concordantie atq; finis: & per scalas c. g. in secunda figura positas. Magna concordantia quid est? & respondendum est per hoc qd super dictum est de ipsa. Magna finis quid est? & respondendum est per primam speciem regule c. qd magnus finis est illud ens quod in essentia magnitudinis habet suas proprias relationes: videlicet quietem/quietatum & quietare: in quo quietato proprio & intrinseco/omnia quidem quecibilia peregrina siue appropinquata sunt quietata: & hoc per primam & secundam speciem regule c. significatum est: & etiam per diffinitiones principiorum camere c. g. Qualis voluntas est magna & qualis concordantia & quatuor finis? Et istam questionem respondendum est per hoc qd supradictum est. Solutiones enim in hoc qd dictum est supra/sunt implicite & artificialiter pnt explicari ad oppositum.

am tm are

Magna concordantia qd

am tm are

quantitas

De camera L. 10.

Decima = virtuosissima camera que est de C. 10.



Magnitudo est virtuosa. Queritur. Quid est magna virtus? & respondendum est qd est ens distinctum magnifice a corruptione & peccato: & hoc per primam speciem regule c. significatum est. Adhuc per secundam speciem. Magna virtus est illa que habet in se virtuosos/magnificantes/magnificatus & magnificare naturaliter et substantialiter rebus extra ipsam & in ipso existentes. Per tertiam autem speciem/virtus magna est illa que est causa magnarum virtutum in tempore positarum. Amplius per quartam speciem/virtus magna est illa que habet dominium supra alias virtutes quem sunt de suo genere & natura. Magna concordantia quid est? Respondendum est sicut in

am tm are

Sexta pars

perius dictum est. Magnitudo est maior magnitudo: maior quid est? Respondendum est qd est illa substantia que distat magis a paritate et minoritate et accidente. Adhuc per secundam speciem regule c. est ens habens in se maiores et magnificantes/magnificatum et magnificare. Amplius per tertiam speciem est in alijs essentijs maior dominus in quibus per quartam speciem habet quicquid vult. Et hoc quod dictum est per cameram c. h. probabile quid est factis. Magnitudo virtuosa quando est? Et sic de magnitudine concordantia et maiortate? Respondendum est qd est antequam tempus et mori: et hoc per omnes species regule c. h. probabile est.

hoc idem intelligendum est per species regule i. suo modo.

15 De camera C. K.



Magna gloria/queritur quid est? Respondendum est qd est illa substantia que magis distat a paritate et pena: et est ens habens in se per secundam speciem regule c. gloriosos/magnificantes/magnificatum et magnificare. Per tertiam speciem est causa in omnibus substantijs et accidentibus peregrinis. Et per quartam speciem habet magnam gloriam in magno gloriato: et e converso. Et sic de magnificare et gloriari. Et hoc per regulas c. k. Et definitiones principiorum camere c. k. affirmabile est. Magna concordantia quid est? Respondendum est sicut prius. Sed si queratur: magna concordantia glorie quid est? Respondendum est qd omnes quatuor species regule c. qd ipsa est hoc quod per ipsas significatum est. Et ad hoc testantur definitiones magnitudinis concordantie atq; glorie. Magna minoritas quid est? Respondendum est qd est accidens magis circa non ens qm substantia. Item est ens non habens relatiua sibi coessentialia per secundam speciem regule c. Sed per accidens sunt alij magnitudines substantiales: vt patet i scala sensualiz sensuali et sibi coniuncta scala de substantia et substantia et hoc probatum est per regulas c. k. et per definitionem minoritatis. Magna gloria quomodo est? Et sic de magna concordantia? Respondendum est per tertiam speciem regule c. ipsis relationibus existentibus vna in alia magnificando/glorificando et concordando ab omni minoritate segregatis. Magna gloria cum qd est. Et sic de magna concordantia? Respondendum est qd est cum magnificare/glorificare et concordante/magnificare/glorificare concordato/magnificare/glorificari et concordare: etia cum quersioe identitatis essentie/substantie et nature/ipsis tribus relatiuis per secundam speciem regule c. et quolibet per se distincto ab alio per suum numerum. Adhuc est magna gloria/et sic de magna concordantia cum scala sensuali et sensuali et et similiter cum scala substantiali et substantiali et. Sed ista non est in isto magna sicut prima. eo quia prima causa est. alia vero secunda.

Decima quinta camera de C. K.

ans tum arc

14 De camera C. J.



 Naturale bonitatis et Magnitudo.
 Positivum voluntatis in s

Nota.

Iustificabile autē z dōificabile z magnificabile zc. sunt materia iuris: forma tñ z materia discursus p rectā lineā regula rñ euz diffinitionibus principiorū. ¶ Et in isto paragrafo applicatus est qdqd de iure dici pōt. ¶ In iure intellectus est fortior cū imaginatioe q̄ cū sensu/ eo qz alior potētia est imaginatiua q̄ sensus: z cū intellectus sit alior potētia q̄ imaginatio: iō fortior est in seipso q̄ in imaginatioe. ¶ Et yr iurista sciat agere de q̄libet potētia scōm q̄ est magis alta z minus alta: consulo iuriste q̄ de subiectis designatis per e. f. g. habeat noticiā. ¶ Consulo q̄ iurista discurrat per species regularum anteq̄ det iudicium. Aliquod em iudiciū est cōpetēs cū vna specie/ qd nō est cōpetens cū alia: sicut in secunda specie regule c. appareat. Nā ipsa secūda specie iura oriunt a necessitate: sed i tertia specie eiusdē regule zcurrūt a cōtingentia: et hoc manifestuz ē p diffinitionem maioritatis z minoritatis.

Documētum p iurista.

E. F. G.

De medicina. 121

92

Xcix. forma de medicina.



Medicina ē habitus euz quo medicus pcurat sanitates paucitas. ¶ Medicus dz recurre ad mīxtionē principiorū z regulaz huius artis. Nā p illū modū p quē

miscēt habitū abilitē medicus ad habēdū habitūz cum quo sciat facere mīxtionē medicinarū/ in faciēdo decoctiones/ ynquēta/ cōplāstra/ syrupos/ graduandō herbas cōtra morbū. ¶ In subiecto p d. designato celū discurrat p principia z regulas: qz principia superiora z regule agūt in inferioribus: iō medicus recurre dz ad antedicta subiecta: vt ipse videat sub q̄ cōstellatioe infirmus patitur: cum q̄ z scōm quā dz agere/ siue praticare in patiēte. ¶ Tercū medic⁹ se dz habitare de subiecto p d. designato: vt ipse sciat vt imaginatioe/ vt intellect⁹ qd de sensibilibus facit scientiā in predicta imaginatione/ sciat ipse ea vt extra sensum: z cum ea descendere ad sensum obiective: z cum sensu ascendere ad imaginationes/ tali modo q̄ imaginatio sit mediū existens recte z ordinate inter sensum z intellectum: z hoc cum diffinitione medi. ¶ Adhuc medicus recurrat ad subiectum per d. signatū: vt sciat vt sensu/ videndo colorem infirmi z vrine eiusdem: et respiciendo feces ipsi/ odorando anhelitum/ et audiendo planc⁹ /

Mixtura

D.

Primum documētū pro medicis.

Astrul.

Secundū documētū

Tertium documētū.

et clamores ipsius/ et suuz appetitum/ z tangendo pulsum/ z huiusmodi. ¶ Medicus enim qui sensu vti nescit/ non est bonus medicus. ¶ Amplius recurrat medicus ad subiectum per b. designatum: vt de modo illius/ et per quem vegetatiua est discursa/ sit habituat⁹. ¶ Per talem quidem modum medicus sciat cognoscere graduz herbarum/ et virtutes earundem quas habent in patiente: qm si fiet decoctio de vna herba calida in q̄to gradu: z sicca in tertio/ humida in secundo: et frigida in primo: et de alia herba frigida in quarto: et humida i tertio: et sicca in secundo: et calida in primo: et de alia herba humida in quarto gradu: frigida in tertio: calida in secūdo: z sicca in primo: tunc temporis medic⁹ poterit cognoscere per regulam g. que herba in decoctione est preualēs/ siue habeat maiorem virtutē. ¶ Et ad hoc est dicendum q̄ herba calida i quarto gradu est preualēs. Ignis emz dominatur supra aerem/ dando suam caliditatem. Et aer in aqua/ dando ei de sua humiditate/ vnde patet q̄ ignis sit dominus aq̄. ¶ Amplius recurrat medicus ad subiectū p l. designatum: vt de mō illius p quē elementatiua est discursa/ ipse habituet cum q̄ medicus praticet in patiēte: medic⁹ tñ cognoscētē naturā elementozū/ z cōpositionē eozū in patiēte: z hoc maxime cōpōsitibus regulis f. g. h. i. k. ¶ Adhuc ea q̄ scripta siue inuēta sunt p. yppocratem/ Galienū/ z Auicēnā: et sic de alijs: applicet medicus principijs z regulis huius artis: z secūdū q̄ applicare ea poterit in ipso/ fiat iudiciū: exponēdo z declarādō aurozitates eozū. ¶ Nā sicut cāpsor hz verā noticiā z experientiaz de bono/ aut falso auro/ fricādō ipsum super quedāz lapidē nigrum: sic medicus hz verā noticiā experientiaz z scripturaz medicine/ applicādō eas principijs z regulis hui⁹ artis/ respiciēdo quē colozē/ (mei haphozrice loquēdo) ab ipsis predictē scripuz re recipiūt. ¶ Et in isto passu valde gaudeat intellect⁹/ ratione cognitionis modi posituz: quia ipsa potest reduci ad artes z istam artem/ necessarijs cōclusionib⁹.

G

De regimine principis. 122



Regimen est forma euz qua princeps informat et regit suum populum ad bōa moralia: et ideo princeps habituet intellectum suuz de nono subiecto euz quo sciet

Xcix. forma de regimine principis.

Galenus
Avicenna
& Hippocratis

regere et gubernare ipsum. ¶ Item recurrat ad alia subiecta: sicut ad subiectum b. cognoscendo et diligendo ipsum: nam per eius cognitiones dirigit se ad regnandum et gubernandum. ¶ Adhuc recurrat ad subiectum e. Nam princeps cognoscere modum per quem homo est constitutus in principis et regulis: ipse quidem sciet uti homine iudicando ipsum: aut ei precedo. ¶ Ampliter habeat noticiam subiecti per se designatam: ut ipse sua imaginatione sciat uti in ciuitate et in bello: et in iudicio et in consilio: et huiusmodi. Sicut enim rusticus nescit agere equum: currere. Sic princeps absque imaginatione ordinata nescit regnare. Intellectus quidem nescit uti rebus sensibilibus sine ordinata imaginatione. ¶ Adhuc princeps debet habere noticiam subiecti per se designatam: ut suo sensu sciat uti quo ad seipsum: et quo ad suos officiales: et quod illa que sunt sensibilia deducat de imaginatione ad intellectum: et de intellectu ad nona subiectum. Si autem princeps dixerit quod ei hec sunt difficultates: Respondeatur illi quod ipse ad hoc faciat secundum posse suum: et ultra posse suum habeat suos sapientes qui sciant facere: et et consilium dare. Tali autem modo principia et regule remaneant absque lesione: et princeps cum summo subiecto sit in concordantia: et ab eo contrarietate remotus. ¶ Et in illo passu cognoscit intellectus per quem motus principis reduci potest ad artem: et de eo scientiam agere. Et utinam princeps inueniatur qui regimen suum ad artem reducat: ad quam disponat filium suum: et ipsum eam doceat: siue doceri faciat. Et per consequens omnibus principibus deo per se illo et ea addiscant.

cia. Nam ars est habitus impugnabilis. Miles quidem habens illam: habet victoriam contra illum qui arte nescit uti. ¶ Fortitudo est virtus fortificans cor: homo minus: et maxime quando de ipsa scit habere noticiam: et ideo quomodo magis ipsa sciverit: tantomagis causat audaciam. ¶ Unde sequitur quod si miles vult scire per se forte fortitudinem: recurrat ad nonum subiectum in quo perfecte ipsa tractatur. ¶ Miles sine fide: spe et charitate: in bello non est militis: et ideo miles se induat predicis virtutibus: deo tamen adiuvante per illum modum per quem ducitur in nono subiecto. ¶ Miles per bonitatem vult esse bonus: per magnitudinem vult habere magnam victoriam: et honores: et huiusmodi. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum militia ad artem reduci potest. Et etiam cognoscit quod virtutes maiores armature sunt in anima: que armature corporis cum quibus est munitus. Nam ars non consistit in corpore: sed in anima tantum. ¶ Militi competit quod sit nobilis genere: mobilitas quidem est magnus habitus in corde: a qua oritur magna audacia faciei: et dextere manus: que causant victoriam: audacia cordis existere cum illis. ¶ In bello est necessaria magna imaginatio: et magnus sensus. ¶ Magnitudo predictorum consistit per discursum virtutum non subiecti. Nam sicut vnus ensis cum fortiori brachio deuincit alium ensem existentem in debiliore brachio: sic vnus miles cum maiori sensu et imaginatione deuincit alium militem in bello. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus quod quandoque pauci milites deuincunt multos.

fortitudo quid sit.

hoc est in libro de moribus et virtutibus

Nobilitas

94

De militia.



Militia est habitus cum quo miles inuat principem: ut possit tenere iusticiam. Miles enim inuentus est: ut per ipsum possit iusticia sustentari. Et ideo miles se debet habituare de iusticia per illum modum. per quem iusticia est discursa per principia et regulas huius artis in nono subiecto: ut de ipsa miles perfectam noticiam habere possit. ¶ Quomodo miles indiget prudentia in bello: deo debet habere certam habitum: ut cum illa fortior sit contra suos inimicos: scire ergo deus miles secundum quod est discursa in nono subiecto: ut cum ea artificialiter se defendat a suis inimicis.

95

De mercantia.



Mercantia est habitus inuentus cum quo mercator scit emere et vendere: ut ipse sua pecunia multiplicare possit: sicut in tractatu principiorum et regularum cognoscitur: videlicet per quem modum vnus principiorum habet se cum alio: sicut in mercatura emens se habet ad vendentem cum suis principiorum: et regula: et vendens similiter ad ementem se habet cum suis: ut quilibet possit habere hoc quod est maius per hoc quod est maius. ¶ Unde sequitur quod ille mercator qui scit discurrere suum intellectum: imaginationem et sensum per principia et regulas huius artis: habet maiorem.

Ex. forma de mercantia.


Xciii. forma de militia.

Decima pars.

scientie in emendo et vendendo/ q̄ alius mercator nesciens hunc discursum predicti. ¶ Mercator q̄quid agit in emendo aut vendendo/ facit illud cū suo intellectu et voluntate et memoria: et iō debet vti ipsis potentis secundū ordinationē naturalem ipsius aīe: videlicet q̄ intellectus sit primitiuus intelligēdo: et voluntas cōsequētia eligēdo: et p̄ cōsequēs memoria species cōseruādo: cū quibus fit emptio et venditio in foro: et iō mercator vt artificialiter sciat facere/ ponat suā imaginationē et suū sensum in mercatura/ sine quibus non sunt emptio et venditio. Et hoc sciet facere si sciat se habiturare de subiectis per c. f. g. designatis. ¶ Et in isto passu cognoscat intellectus per quēz modū modū vnus mercator multiplicat magis pecuniam q̄ alter. ¶ In subiecto de e. tractat de homine: et p̄ consequēs de corpore eius. Nam pars illius est. Et quia emptio et venditio sunt necessitate corporis: ideo bon⁹ mercator discurrat suū intellectus per subiectum e. vt de rebus necessariis corporis h̄re noticiam possit. ¶ Tertia sp̄es q̄ta regle c. sunt magna subiecta mercatori mediāte regula h. i. i. Nā eadē mercatura siue res ē p̄i p̄ci et magni secundū locos et t̄pis diuersitatē. Nā res siue mercature h̄nt pl̄ deualore vno tempore q̄ in alio: et plus in vno loco q̄ in altero. Et etiam plus in vno homine causa necessitatis et vtilitatis. In altero autem homine causa boni est et honoris. ¶ Amplius secunda species regule c. mediāte regula g. causat lucrum in emptione et venditione. Proprium enim ad altiores finem se habet q̄ appropriatum. Et idcirco res que proprie est necessaria homi/ magis pl̄ongat a p̄tingētia q̄ res q̄ ē necessaria per accidēs. ¶ Mercatura in hoīe fideli et virtuoso est habitus p̄fect⁹: in hoīe autē deceptore et peccatore ē huius sp̄es p̄fect⁹: et iō q̄ vult eē bon⁹ mercator/ habituet se de virtutib⁹ p̄ illū modū p̄ quē tractat de ipsis in nono subiecto. Nā in mercatura habit⁹ format⁹ ponit cōtate et societate vbiōis: difformatus autē p̄uacionē cōtatis et societatis. ¶ P̄p̄ta alia de mercatura possent dici: s̄z sufficiāt ea q̄ dicta sunt causa breuitatis.

regule c. signatos: q̄ sunt motus/ mobilis/ et mouere/ tpe et loco medianibus. ¶ Nauis i vno tpe ē i vno loco: et alio tpe i altero loco. ¶ Quia geometria et arithmetica descendunt ab arte ista: vt superi⁹ p̄batū ē in suis locis: ergo p̄z cōsequēs q̄ ars nauigatiōis p̄mititue ab arte ista descendit: secundarie a geometria et arithmetica: vt patet p̄ predicta. ¶ Et ad hoc declarādū/ feci hic istā figurā diuisā i quatuor triāgulos: vt in ea patet: et ē p̄finita ex āgulis recti/ acuti/ obtusis.

Sequitur figura nauigatiōis.



¶ Et suppono q̄ in illo loco in quo sunt quatuor anguli acuti/ sit trāsmōtanar portus nauis: et q̄ ibi sit nauis volēs ire per orientem: sed vadit per exaloch: et quam do inuenit per quattuor miliaria/ ipsa quatuor miliaria p̄enes exaloch non valent nisi tria verus orientem. Ratio huius ē: quia in duratione motus primo generatur vnitās siue punctus: et quando nauis inuenit per octo miliaria apud exaloch/ ipsa quidem non valent verus orientem nisi sex. Ratio huius est: quia causatur secunda vnitās: que cum prima causat vnam lineam compositas ex duabus vnitatibus siue punctis. Et quando inuenit nauis plus per quattuor miliaria/ causatur tertia vnitās: et sic causat

De nauigatiōe.



Nauigatio ē ars cū q̄ nante sciunt ire p̄ mare. ¶ Nauigatio q̄dē descendit et orit̄ a geometria/ et motu/ tpe/ et loco medianibus q̄ ad suos correlatiuos p̄ scōam sp̄ez

Xcxi. I. forma de nauigatiōe.

Exaloch

lbrich

vrm

l. m. n. o

rogatio pr vntor

prx mbr

triangulus per duodecim miliaria / ter quater causatur quadrangulus / quater tria. Et sic ostenditur per quem modus in motu navis componitur triangulus et quadrangulus. Per modum que dedimus de motu navis per duodecim miliaria / potest nauta cognoscere quod cundo per exaloch per centum miliaria deviat nauta ab oriente per. 2. 5. miliaria / nauta admittente in quattuor miliaris penes exaloch / vnum miliarium apud orientem / motu navis prius existente per punctum deinde per lineam: et postmodum per triangulum: et post per quadrangulum. Si nauta recedit a portu: et vult ire versus orientem: sed cum vadit per meridiem: ipsa quidem deviat in duplo ab oriente respectu deviationis quam facit: quando vadit apud exaloch. Ratio huius est: quia exaloch consistit in medio orientis et meridiei. Et si nauta vadit per lebeich: sed tamen vult ire penes orientem / causatur deviat in triplo. Et si vadit per occidentem / causatur in quadruplo. Ostendimus modum per quem nauta possunt arbitrari deviationem loci ad quem intendit ire: et motus que dedimus et artis ad cognoscendum deviationem / ostendendo principia generalia sine quibus nauta non potest esse in motu. Que principia sunt hec: videlicet punctus / linea / triangulus / quadrangulus. Et diminutio vnum miliarium quattuor miliarium penes exaloch et duorum octo miliariorum penes meridiem: et sic de alijs. Modo intendimus dare doctrinam et artem per quas nauta sciant cognoscere in quo loco maris est nauta: et hoc intendimus exemplificare / ostendendo quod distat vnum mons ab altero. Suppono quod sit vnum mons penes orientem longe a portu in quo assistit nauta per 4. miliaria qui vocetur. l. talis mons: et quod sit alter mons apud exaloch / distans a portu per. 4. miliaria: et quod ille mons vocetur m. Et quod sit alter mons versus meridiem distans a portu per. 4. miliaria et quod vocetur n. Alterius suppono quod sit alius mons penes meridiem distans a portu per. 8. miliaria: et quod vocetur o. modo querit quod distat l. ab m. et ab n. Et quod distat o. ab l. et ab m. Ad primam questionem et secundam respondemus sic. Figura huius quattuor triangulos / ut patet. 2. 4. 3. componunt septem: videlicet triangulus et quadrangulus habent compositionem: et 7. dividuntur in duas partes equales / qualibet habet 3. miliaria cum dimidio. Unde sequitur quod ab l. versus ad n. sunt miliaria 3. et dimidium / m. existit

te in medio l. et n. Ratione cuius distat l. ab m. per medietatem miliarium. 3. et dimidium. Ad tertiam questionem respondemus sic: de portu versus ad o. sunt. 8. miliaria. et ab l. versus ad n. 3. et dimidium: versus versus portu est: sic multiplicat. 11. et dimidium. Quapropter apparet quod l. distat ab o. per. 6. miliaria minus quarta: et sic soluta est tertia questio. Ad quartam questionem respondemus sic: de portu versus ad o. sunt octo miliaria: et de n. versus sunt duo miliaria minus quarta: et sic sequitur quod m. distat ab o. per medietatem decem miliariorum minus quarta que sunt. 5. miliaria minus octava: et sic soluta est quinta questio. Secundo quod data est ars ad cognoscendum distantias existentes inter l. m. n. et o. motuum per miliaria supradicta: sic potes cognoscere distantias aliorum motuum per miliaria supradicta / multiplicando miliaria per triangulos quadrangulos. Quonia sicut arithmeticus multiplicat numerum / nulliterando ter tria / et quater quattuor: sic nauta potest facere similem modo. Declaratur est ergo per quem modum possunt cognoscere nauta in quo loco maris est nauta / arbitrando distantias penes transmontanas ad orientem / meridiem atque occidentem exaloch / lebeich / malle et greci / respectu loci maris in quo assistit nauta. Et ista doctrina est facilis / brevis / et valde utilis / et generalis / et particularibus applicabilis. Per regulam 3. et per subiectum elementarium cognoscatur quod si motus oritur ab oriente / ipse habet maiorem inclinationem penes exaloch quam penes grecum. Exaloch enim est humidus et calidus. Brevis autem frigidus et humidus / qui causatur a transmontana. Item si ventus dependet ab exaloch / ipse habet maiorem declarationem penes orientem quam ad meridiem: eo quia meridies est calidus et siccus: et sic de alijs suo modo potest dici. Ad huc nauta debet considerare qualitates aeris. Nam si aer est grossus et frigidus / iam significatio est quod ventus oritur a transmontana. Si autem aer fuerit tenuis et humidus / lignatum est quod ventus egreditur ab oriente: sed si aer est humidus et subtilis / lignatus est quod ventus exit a meridie. Si vero aer est siccus, et frigidus / iam signatur quod ventus procedit ab occidente. Subsecundum colores quos habent signant ventos: sicut nubes rubea signat orientalem ventum: et si habuerit colore aureum / signatur ventum meridiana: et si habuerit colore albu / signatur ventum septentrionalis: et si ha-

Decima pars.

buerit colorē nigrū/signat ventum occidentalē. ¶ **Rubres** hō quandoq; est cōposita ex pluribus coloribus: et tunc signat mixtionē ventorū: sedm q̄ est magis de vno colore q̄ de alio/signat magis vnu ventū q̄ aliū. ¶ **Pluuia** quidē scdm illam partē egredit̄ a qua ventum illius signat. Et sic de conuulsationibus et tonitruo suo modo pot̄ dici. ¶ **Fauonius** aque maris motus ventorū circularē signat/vento habente talem assuatiōnez: sicut limax siue testudo habet. Qui quidē ventus est assuatiatus circulariter vt aqua maris ascendit: sicut facit puluis subtilis sup̄ terrā. ¶ **Adhuc** fibulonus sicut est coloratus/propt̄ vntum signat: sicut in nubibus dicitur est. ¶ **De** transmontana et ferro nō oportet loq̄ri: nam de illis experientia habemus: neq; hic est causa querēda quare attrahit ferrum. **Non enim** hic est suus locus: sed potius in naturalibus habet locū: naturali quidē compet̄ ista petere et inquirere. Dum intellectus considerat qd̄ supradictū est de nauigationis/gaudet: q; valde de nauigationis doctrina habituatur̄ ē.

97 De conscientia.

Nonage-
simaepti-
ma forma
de conscien-
tia.



Conscientia est forma cū quā intellectus affligit animam de commissis: scdm qd̄ in subiecto quarto signatum est: q̄ conscientia est forma actiua p̄ intellectū: quo ad volūtātē est electiua: quo ad memoriā est conseruatiua: ideo qui conscientia bene vult vti / deducat ipam per nouū subiectū. ¶ **Conscientia** magna causat a diffinitione malonatus: parua aut a diffinitione minoritatis: tēperata autem et virtuosa a diffinitione equalitatis et virtutis. ¶ **Conscientia** oritur a possibili et intelligere: nō autem ab impossibili et ignorare. Et ideo tractabilis est cuz diffinitione potestatis et intellectus. ¶ **Conscientia** deducta per principia et regulas est cognita: et maxime si est deducta per cōmixtionē principiorū. Nam quodlibet principii declarat eaz quo ad seipm̄: et quo ad alia principia/ratione cuius conscientia clare causat. Et dat pro cōsilio/ vt fiat cōtritiō/ et confessio/ et satisfactio de commissis. ¶ **Conscientia** oritur a correlatiuis principiorū cum amore: et est in tertia specie cum timore et tristitia. In quarta autēz specie subiectū in quo est/ habet cum ipa passionem mediante scōa specie regule e. ¶ **Conscientia** anteq̄ fiat peccatū/ dispo-

nit iusticiā/prudentiā et fortitudinē: post aut peccatum/tristitiā et languores. Et ideo reducenda est ad diffinitionē principii et regulā h. ¶ **Conscientia** cum bonitate et magnitudine atq; persecrancia vniuit. Sed cum malicia et paruitate et inconstancia mouitur. Quapropter reducenda est ad diffinitionē bonitatis/magnitudinis et durationis. ¶ **Conscientia** fortificatur cuz primo subiecto/ obiectādo ipm̄ scdm qd̄ est discursus per principia et regulas. Et sic auget actum suū a qua oriunt̄ contritiō/ et confessio/ et satisfactio. ¶ **Adhuc** per ipsam conscientiam/ a corde suspuria oriuntur: et ab oculis lacryme: et ab ore orationes multe: et hoc p̄ regulā i. signatū est. ¶ **Conscientia** cuz iusticia diuina facit misericordias: et cū magnitudine et eternitate multiplicat illas: cū bonitate aut magnitudine/ et misericordia diuina mediatē/ cū spe/ et penitentiā dat consolationē hominibus. ¶ **Conscientia** non dormit: nec etiā hominē dormire permittit/ ratione amissionis temporis et penitentie. Et idcirco vigilatio/oratio et diligentia cum timore sūt sue p̄ sanguinee siue et vicine. ¶ **Intellectus** sic considerans/ cognoscit conscientiam sic discursam: q̄ conscientia sit discursus per principia et regulas/ est impugnabilis et infallibilis: de cuius cognitione est valde gauisus.

De predicatione. 98



Predicatio est forma cū q̄ predicator informat pplm̄ ad bonos mores sequēdos et vitādos malos: et maxime si ille modus discursus fuerit per principia et regulas huius artis: et etiā p̄ nouū subiectū vt intellectus predicatoris et audientis abundet in magna materia: et talis predicatio valde vtilis et valde facilis est: sicut est valde artificiatā et in magno subiecto edificata et collocata. ¶ **Predicator** sicut artificiatū suū intelligere ad deducendum: sic d; artificiare suā volūtātē ad diligentiā volūtātē audientis: vt sermo tantū valeat p̄ existentiā/ quātū valet p̄ apparitiā. Et hoc p̄ diffinitionē equalitatis intellectus et volūtatis: vt in sermone intellectu et volūtas eqliter q̄seant: aliōqn̄ sermocinator in sermone suo ē habituatur̄ de vana gloria. ¶ **Predicator** d; artificiare memoriā audientis cū artificio sui sermōis artificiatū: si de subiecto predicator predicat cōiuncta i natura p̄ subiectū/ sicut iusticia dei ē magna. ¶ **Misericordia** dei est

Nonage-
simae octaua
forma de
predicatione.

magna: et vna istaru est ita magna sicut altera: ratioe cuius predicator debet existere in gaudio et timore/mediate iusticia/prudentia et spe. Et talis habitus firmior et amoris audientiu/est valde rationabilis et amabilis: sicut est valde intelligibilis. ¶ Predicator sic debet agere in predicatione/ sicut facit intellectus in inueniendo ea de quibus scientia est: intellectus enim facit scientiam de sensitiuis in imaginatione extra sensum. ¶ Adhuc facit scientia/ de intelligibilibus in semetipso extra imaginatione. Sic predicator debet descendere ad sensum/ dādo ei experientias sensibiles: et postmodum debet ascendere ad imaginatione/ dādo ei experientias imagiabiles. ¶ Adhuc deinceps ad intellectu ascendere debet/ dādo ei experientias de intelligibilibus. Et sic de voluntate et memoria potest dici suo modo. Si aut hoc non facit/ suu quide sermone obscurat et confundit: eo qz in memoria audientiu labilis est/ in intellectu ignotus est/ et in voluntate neglectus talis predicator siue sermo.

¶ In euacuatione tertie figure da exemplum euacuandi cameram: et id sermocinator debet euacuare/ simili modo dictiones siue propositiones in themate positas. Et etiā debet querere mediuz faciedi conclusiones per illu modum qui datus est in multiplicatiōe q̄rte figure: nā per talia intellectus audientiu firmior est per intelligere. q̄ per credere auctoritates sanctoru: eo qz credendo intellectus agit extra suu actū naturalem qui est intelligere. Nam vnūquodqz magis gaudens et contentum/ est quando suo proprio actu vti potest: et sicut de intellectu dictū est/ ita de voluntate et memoria dici potest suo modo. ¶ In geometriā dicitur per quē modū facit demonstratiōnes. Similiter in arithmetica dā exempluz per quē modū arithmeticus numerat vnitates. ¶ Adhuc in rhetorica dictū est per quē modū rhetoricus ornat sua verba: et ideo sermocinator in sermone suo debet habere habitum geometrici/ arithmetici et rhetorice: vt illis sit habitatus et illuminatus/ euz quibus ha bituet et illuminet intellectum audientiu. ¶ Predicator debet esse theologus/ vt sciat loqui de deo/ et etiā philosophus/ vt sciat effectum applicare ad primam causam discurrendam per subiecta c. d. e. f. g. i. k. signata. Et si predicator hoc scierit facere/ magnas atqz latam materiam predicandi habebit. ¶ Predicator iu sermone debet diffinire membra siue

siue partes sui thematis/ sui sermonis. Nam per diffinitionem populus cognoscit diffinitum. ¶ Adhuc debet considerare per quē modū est circumstantia per principia regulas/ sicut datum est exempluz in centū formis. Et per tale modū intellectus predicatoris et audientiu habebit magnā requie. Quoniā deus est euz magnitudine intelligibilis/ amabilis/ et rescolibilis: ideo predicator debet dare magnā noticiā de deo/ vt multū intelligatur/ ametur et recolatur: et hoc potest facere cū mixtione principiorum et regularu: et etiā cū primo subiecto. Si aut hoc non facit/ suus quide sermo imperfectus et labilis erit. *Tria loca sunt quorum vnus est omnimode perfectus absqz aliqua imperfectione: et ille est eterna et infinita gloria. Alio est totaliter imperfectus: et ille est infernus in quo est pena sempiterna. Tertius autem est primus perfectus et partim imperfectus: et ille talis est iste mundus: et ideo predicator dicit istos tres locos recitare/ et declarare/ et dicere quid sunt/ qd habet in se/ et ppter quid sunt/ et quā vultate habent in se. Locus enim omnimode perfectus totaliter est amabilis/ imperfectus penitus est odibilis. Qui autem partim perfectus/ et partim imperfectus/ in parte q̄dam amabilis est ratione siue perfectio nis/ et in parte odibilis ratione siue imperfectionis. ¶ Mā sic intellectus p̄ se dicit/ cognoscit per quem modum sermocinator potest suum sermonem reducere ad artē predicandi/ vt artificialiter et facilius sciat facere sermones: sicut nos fecimus vnā partem sermonandi in qua sunt centum et octo sermones constituti siue facti artificialiter.*

Tria loca

De oratione.

Cix. forma de oratione.



Ratio est forma cū q̄ orator loquitur de deo sanctifice. ¶ Qui bene vult orare/ disponat se in bono scōz nonis/ subiectū. Nā deus dignus est vt honoretur cum virtutibus: nō autem cū vitijs. ¶ Orator siue cōceptator orat siue contemplat deū ad similitudinē euacuationis tertie figure: sic vt ipsa oratio est signata in ipsa figura p euacuationē dicēdo sic. O dñe deus bonez magnifice: post q̄ in te tua altissima bonitas/ magnitudo habet altissimā cōcordatiā/ diffinguedo et cōcordando naturaliter: et tua bonitas et magnitudo sunt i te rōnes: et

Præparator de bry in Thro. et phur

In autor Compositus . . . 108. sermonis

Decima pars.

produca boni magni naturaliter: sic de tua altissima bonitate z magnitudine q' producias in mudo moraliter siue effe ctive multa bona z magna/cum quibus tuis populis sit bonus z magnus/te be neducdo z magnificando/z tecu concordantia habedo. Quonia tu dñe es essentia z substantia/q' tua bonitas z magnitudo hnt correlatiuos bonos z ifinitos ad iuicem distinctos/ vt apparet in te. Qm tu dñe es bonus: z magn' creator. idarco placcat tibi q' tuus populus sit in te bonus z magnus laudator: z seruitor: vt tu habeas populū tuū bonū z magnum in moribus differentibus z concordantib'.

¶ Orator siue cōtemplator: postq' euacua uerit camera b. c. euacuet cameram b. d. zc. O dulcissima bōitas/in subiecto eter no existens distincta diffusionē: atq' ab omni cōtrarietate remotā: z eo de te ipā primitiua z eterna sine aliqua subiectio ne: sic de tua benignitate z eternitate q' defendas populū tuū a penis sempiter nis.

¶ Cōtemplator siue orator postq' euacua uerit totā tertā figurā ab vno die in alium successiue: deinde transeat ad multiplicatiōē quarte figure/cōtemplando z orado p' modū ipsius figure: videlicet p' colūā b. c. d. z sic de alijs/cōsiderā do mediū naturale existēs inter subiectū z predicatū: dicat sic. **O reuerenda bonitas postq' naturaliter es bonā bono magnoz eterno in te/z de te sine aliquo alio tibi preiactente:** igitur habes ne tuū populū in obtuione: videtur q' sic. Nam in mudo plus est de malorū de bono.

¶ Magnitudo quidē malicie magis durat/ q' magnitudo bonitatis absit do mine: eo q' de tua benignissima bonitate z magnitudine fuit deducere tuū populū in tēpore: q' non erāt: vt ipe in eternū te collaudat/ benediceret z magnificaret.

¶ Orator euacuet sic camera b. c. t. b. dicendo. **Domine deus altissime/ tua bonitas magna est tibi ratio/z bona z magna ratio/ distinguendo vt pducas bonūz magnū a te distinctū correlatiue:** nō aut quod ad essentiā bōitatis z magnitudinis: eo q' essentia tua vna est. Et q' hoc ita ē: ergo tua altissima pductio descedat ad nos benigniter z magnifice nobis declarādo z mōstrando bonūz malūz: z in magnū bonum nos inducat: z a magno malo nos defendat.

¶ Orator sic orās/ iā vñ obiectū obiectādo possit: sic cur intellect' q' nō pōt intelligere alias species/ dum intelligit illas q's inuenit.

¶ Et hoc passu cognoscit intellect' per quē modū orator pōt cogere suā animā:

z ligare illā cū summo obiecto artificialiter z continue dū orat. Et intellect' recordatus ē arte philosophiē amonū quā fecim': q' esset bonū si affociaret pdictam oratiōē/ siue cōiūgeret cū ea. **¶ Ampli orator imploret z bñdicat deū p' illū modū p' quē deus ē discursiue in primo subiecto.** **Deus enim non exaudit peccatores cōtra suas tones:** neq' eū cōtra earum relatiōes: q' iniuriaret sibi ipsi: q' ē impossibile. **¶ Et in isto passu cognoscit intellect' q' cū peccator orāo sine p'scientia z cōtritiōe nil boni ipetret oratiōe sua/ alio eū deridet z blasphemāt.**

¶ Iterum cōtemplator siue orator rogat deū recūdū q' ipse ē prima cā/ subiectis designatis per c. d. e. f. g. i. h. z etiā p' R. quo ad virtutes. Nā p' cognitiōez causē cognoscitur effect': z eoduerio.

¶ Et in isto passu cognoscit intellect' q' subiectū oratiōis ē valde magnū z diffusum.

¶ Orator/ i tua oratiōe dilige plus deū q' te meipm z etiā q' alia: et si hoc facis/ iustus es et prudēs: z de charitate z sanctitate habitatus. Qui habitus est amicus tuus in oratiōe/ instantū q' mediante ipso tua oratio venit ad p'fectionē. Si aut hoc nō facis/ nullū quidē amicū habes: imo de' est tuus inimic': eo q' eis iniuriā facis.

¶ Orator/ qñ orabis p' cōmissis/ iusticiā dei tecū tēhas diligēdo: nō aut odiēdo: q' si sic/ misericordia dei non posset esse tua amica: eo q' inult' esses: z tuus habit' esset crudelis: z a ipe/ z charitate plongat': z etiam tuū amare in odire esset puer sum: de quo odire eses in eternū habitus.

¶ Cōtemplator siue orator si non potes intelligere z attingere altitudinem diuinarum rationum z suoz actus/ ora credēdo. Nā vltra posse/ nullū reprehensibile ē. Uerūm tale intelligere est possibile. Tale aut credere i tua oratione erit: amic': z maxime tuū intelligere: si ipsum h'fe potes.

¶ Orator/ in tua oratiōe excita tuā cōsciētā: z discurre ipsam p' principia z regulas: et si hoc facis/ cū ea ipetrabis p'itiōē. **¶ Et si discurras z ritionē p' principia z regulas/ impetrabis motū a corde a q' egredient' gemitus z suspiria: z a corde ad oculos aqua ascēdet/ madefaciēdo tuā faciem z tuas man' z vestes: et illā aquā senties calidā: q' a calido z feruēte fonte oritur: et illa aq' sancta parabit tibi confessionē.** **¶ Et si p'fessionē discurris p' principia z regulas/ ipsa duet te ad satisfactiōē z penitētā: q' quidē cōiūget te cū deo i gloria sempiterna.**

¶ Orator/ i tua oratio ne cōsidera aduersitates z p'prietates

b. c.

b. c. d.

quas dedit tibi per suū amorē. aduersi-
tates/ vt habeas patientiā sub sua iusti-
cia. prosperitates/ vt habeas charitates
sub sua gratia. Et postq̄ p vniū z cūq̄z
amozēz sunt ubi date p prosperitates z ad-
uersitates/ benedic/ lauda z dilige diui-
ni amorē: z ei gratias sp̄ plurimas red-
de. Nā cui realī amore deus ipsas in te
amat: et si tu eas in deo amas/ tu' amor
procurabit quidē in gloria eterna semp-
ternū amare. ¶ O orator si tu' intellect' ē
impeditus p tuū sensuz z imaginatione/
ascēde ad primū subiectū/ orādo: z discurre
te ipsum extrā sensum z imaginationē.
Aut si vis descendere ora mediāte sensu
z imaginatione/ discurredo orationē p
subiecta designata p s. Et tūc tēpōis vi-
debis q' forme inferiores nihil possunt
cōtra superiorē in orationē: et de ista do-
ctrina multū gaudet intellect'. ¶ O orator
discurre p nonū subiectū tuā oratio-
nē/ intelligēdo/ amādo/ z recolendo/ z ti-
mendo/ sperādo/ z gratias reddendo: et
non quiescas donec a corde tuo suspiria
egrediantz: z lachryme emanēt: si autem
absq̄ p̄dicta descas/ iā bonus z magnū
orator es. ¶ O orator adiuuā te cuz hoc
qd̄ dicitū est in centū formis/ discurredo
vnā formā: z postmodū alias: z discurre
quālibet formā p principia z regulas: et
sic habebis magnū subiectū ad inueniē-
dū multas novas orationes. ¶ O orator
ora pro populo. Naz vniuersalis oratio
multū placet deo: deinde ora p te: z pro
amico tuo: z p mortuis. Et hoc artificia-
liter: vt supradictū est: vt tua aia de bōa
z magna oratiōe sit hituata: z cū tali ha-
bitu sit cū deo p̄tēz/ ligata z p̄catenata.

De memoria per principia deducta.



Noniā memoria ē ita pfectā
potentiā: sicut intellect' z vo-
lūtas/ de quibus pfecte p-
tractauimus in mixtiōe p̄i-
cipiorū: idē de ipsa hic volu-
mus tractare pfecte/ discurredo ipsaz p
principia z regulas: vt illā pfecte cogno-
scamus: et etiā vt demus doctrinā: vide-
licet q' sicut cā discurrem' p principia z
regulas: sic q̄libet forma cētū formarum
pōt discurre p principia z regulas. ¶ De
moria sicut ē bona naturaliter p bonitā-
tez: sic moraliter sua bonitas est ei rō q'
recolat bonū recolibile obiectiue. ¶ De
moria p magnitudinē ē magna rōne cur-
sus sua magnitudo est ei rō q' agat ma-

gnū recolere/ cū quo recolat magnū re-
colibile siue obiectū qd̄ idē est: sicut cap-
patus hz vnū habitū p cāppā/ z p tunicā
aliū cū qua est tunica: sic memoria per
duratōnē hz vnā cōditionē: et p potestā-
tē aliā. Nā p duratiōnē facit durare suū
recolere: z tractat q' p̄terit: z p p̄tē hz
aliā p̄ditionē: z tractat q' d' p̄bitū. ¶ Me-
moria vnā cōditionē hz cū intellectu: tūc
cū volūtate. Nā p intellectū recipit spe-
cies desideratas aut oditas: et p illum
modū p quē recipit species a volūtate/ p
eūdē modū ei reddit. ¶ Memoria est ha-
bitus virtuosus naturaliter/ cō q' natu-
raliter recolit obiectū virtuosē/ moraliter
hz habituz virtuosuz. Qñ autē recolit
habitū vitiosuz/ hz habituz vitiosuz per
accidēs. ¶ Memoria p veritatē ē vera: z
p eā vere attingit obiectū recolendo: qñ
attingit ip̄suz respectu finis/ est habit'
iustus z verus: qñ autē attingit obiectuz
cōtra finē/ tūc ē habit' iniustus z fal-
sus. ¶ Et i illo passū cognoscit intellectus
per quē modum causantur virtutes z vi-
tia. ¶ Memoria cum gloria habet delez-
tationē/ recolēdo: z cū pena habet tristi-
ciam. Item quando appetit recolere: et
nō potest recolere/ hz penam cum qua ē
habit' passiuus z priuatiuus. ¶ Memoria
cum differentia recolit diuersimode
obiecta: nam sicut intellectus cognoscit
differentias obiectorum: sic memoria re-
colit illas. Ratio huius est: quia differē-
rentia est ita generale principium siue
instrumētuz memoriē sicut intellectū.
¶ Memoria ratiōe concordante cōcor-
dat in obiecto cum intellectu et volunta-
te/ recolendo obiectum / intellectum/ et
amatam / aut oditum/ vt obiectum pa-
tietur per istas potentias in eodez tem-
pore. ¶ Memoria cum contrarietate cō-
tradicit quādoq̄ intellectū z volūta-
tē/ non reddendo eis species quas appo-
tunt recuperare: quia non est disposita
ad reddendum species: aut intellectus
z voluntas nō appetunt recuperare: qz
memoria nō reddit eis p illum modum
p quē intellectus z volūtas tradiderūt
eis: aut intellectus est lētus: z volūtas ni-
mis p̄p̄ta/ z cōuersa: aut intellect' ap-
petit vnā speciē/ z voluntas alias. ¶ In
in principio agit recolēdo: z memoria ē
sua forma siue instrumētū cū quo reco-
lit obiectū: et ipsum obiectū est subiectū
siue materia: recolēs autē est suus finis: et
qñ ip̄sum recolere impedit/ memoria qd̄
de patit' z p cōsequēs agēs. ¶ In memo-
ria memorari est medium inter memos-
rantem et memorālē/ cū quo memoria ē

Prati

Sap.

volunt

vrit

Gloria

Diff

vn̄iue / falsū
v ratio d' v pla-
rit /
Conor.

Contra

Princip

Mrdm

G.

100

Et est ma-
forma de
moria p
principia
deducta.

Bon

Mag

Decima p ars.

memorablez coniungunt. supposito qd mensuratio sit per recta linea equaliter terminata inter memorante z memoralem. ¶ Terminis memorie sunt tres: videlicet potentia/obiectus z actus: extra istos/memoria non habet posse. Et p finem pationis/memoria est habitus p uatus: sicut deficientibus actu z obiecto ad eam: sicut deficientibus luce z colore ad oculos: sicut aut vltimus memore est recolorere recolibile. ¶ Memoria rone maioritatis vna est maior alia per essentiam siue per quantitate. vna em memoria hz maiorē actū q̄ alia. ¶ Uterius qm memoria habet maiorē actū/ipsa quide est maior habitus/non dico q̄ sua essentia crescat aut decrecat: eo qz non est diuisibilis neqz corruptibilis: cum sit potentia spūalis: sed cū homo agat cum memoria ad placitū est maior: sic tñ ea quādoqz recollit multū: quandoqz parū. ¶ Memoria naturaliter z equaliter existit inter intellectū z voluntatem: vt equaliter recipiat z reddat species intellectas z dilectas: verūtamē quādoqz recipit species dilectas nō intellectas. Et hoc est qn credit/z non intelligit ratione placiti agēti: qui magis desiderat credere q̄ intel ligere. ¶ Memoria cū inuoluntate est circa nihil: vñ sequit qz qn ipsa obliuiscit/ est habitus p uatius rone inuoluntatis.

subiecto z in obiecto. ¶ Per primā speciem regule d querit/memoria de quo est: Et est rñdendū qd est de seipsum creata est. Et ipsa quidem nō est genitrix nec facta ex aliquo et preeistente. ¶ Per scōdam specie queritur/memoria de quo est: Ad qd dicendū est qd est de ius ipseificis materia z forma/ cū qd agit per suam specie. ¶ Per tertiā specie euide regule querit/memoria cui est: Et respondendū est qd ipsa est subiecti in quo est: sicut pars est sui totius naturaliter aut moralit/sicut cappa cappati. ¶ Per primā specie regule e. querit/memoria quare est: Ad qd rñdendū est qd ipsa est constituta ex sua forma z materia. ¶ Per scōdam specie euide regule querit/memoria que est: Ad qd dicendū est qd illa est vt entia sint recolta. ¶ Adhuc est vt de pteritis hō possit habere eam. ¶ Per primā specie regle f. querit/vtrū memoria habeat quantitate cōtinuā: cū ipsa non sit linealis: Cui rñdendū est qd sit. ¶ Per potentia spūalis z finita est z indiuisibilis. Omne qdē ens finitū est q̄tū. Et si aliqd ens ipūale ē finitū/ ipz qdē est q̄tū: quare p̄z qm memoria hz q̄tūz cōtinuā. ¶ Per scōdam specie querit/vtrū memoria habeat q̄tūz discretam: Et rñdendū est qd si vt p differētiā suos correlatiuos supradictos habere possit: p memoratiū em hz vñū correlatiū: z per memoriale hz alterum. z per memorare habet alterus. Qui autem dicit memoria nō habere istos correlatiuos/ dicit quide eā esse vacuatā z indigentē natura sua: qd est impossibile: quare p̄z qd memoria hz q̄tūz discretam rone correlatiuoz. ¶ Per primā specie regle g. querit/ que est ppria qualitas memorie: Et rñdendū est qd ē sua recolibilitas sicut in hōie risibilias. ¶ Per scōdz specie querit/ qd est appropriata q̄litas memorie: Ad qd rñdendū est qd ē habitus moralis: videlicet iusticia/ spes etc. aut inuiriā etc. aut grāmatica etc. aut militiā etc. aut agriculturā etc. ¶ Per regulam h. querit/vtrum memoria sit in tempore: Et respondendū est qd sic eo quia noua est mediante motu subiecti in quo est: sicut anima mota in corpore mobili. Et sic de alijs speciebus regule h. potest dici suo modo/ quas habet per c. d. f. designatas: quarum declarationē dimittimus arulle bene intuenti causa breuitatis. Cum memoria non habeat superscificem/ queritur vtrum ipsa sit in loco: Et respondendū est qd sic sicut pars est suo toto sine cōtactu: sicut in corpore ele

D. Primi
Mnt
Ros.
F.
Fur
fimm
F.
Com
Dvt

De memoria per regulas deducta.

Decima quinta pars decie partiu principalis de memoria per regulas deducta.

¶ Queritur/vtrū memoria citius recipiat species ab intellectu q̄ ipsa volūtate: Et rñdendū est qd sic ratio huius est/ eo qz intellectus facit scientiā: z volūtās hz deliberationē rone sue libertatis. ¶ Per primam specie regule c. querit/ qd est memoria: Et dicendū est qd est potentia cui pprie competit recolorere. ¶ Per scōdam specie querit/ quid habet memoria in se cōessentialiter: Ad qd dicendū est qd ipsa habet suos correlatiuos: videlicet memoratiū/ memorabile et memorare. ¶ Per tertiā specie querit/memoria qd est in alio: Et est dicendū qd ipsa est in bonitate bona obiectiue/ supposito qd intellectus z volūtās quiescat in illo obiecto. Et est i malicia mala/ posito qd voluntas diligit illū malū. ¶ Adhuc memoria est in subiecto habitus cū quo cōstodit sciētū. ¶ Per quartā specie queritur/ qd hz memoria in alio: Cui rñdendū est qd hz in bono obiecto bonitate/ et in magno magnitudine etc. cū hz actū in

fimm
Matio
Agnali
Miw.

em se
hm se
est in alio
vt in alio

G.
Pro.
App.
H.
c r f k

Terminij Mmw. rix tri. f. Potentia obiectum Actus

metato in q̄ sunt elem̄ta cōposita absq̄
 contactu: contactus quidē impedit cōpo-
 sitionē: vt p̄tz in monte denarioꝝ ⁊ lapi-
 dum: qui quidē nō est cōpositus sed ag-
 gregatus. ¶ Querit̄ per p̄imā speciem
 regule R. quomodo possit homo dispo-
 nere memoria ad recolēdū q̄ ipse optat
 recolere: nō pōt illō recolere: Et r̄ndē-
 dū ē q̄ mod⁹ p̄sistit in B. videlz q̄ hō ap-
 plicet diffinitiones principioꝝ ⁊ species
 regularū ad similitudines quas optat reco-
 lere. Nam sicut intellectus per similitu-
 dine attingit similitatū: sic memoria p̄ si-
 militudine recollit obiectū desideratū.
 Nam si q̄s videt aliquē hostem similit̄ fi-
 lio suo/ ipse tam cito recollit filiū suū per
 similitudine illius. ¶ Per sc̄dam speciez
 R. querit̄/ memoria cum quo obliuiscit?
 Ad q̄ r̄ndēdū ē q̄ cū minoritate discursu
 sa per oia principia ⁊ species regularū.
 Nam sicut maioritas confat habitū po-
 sitiuū: sic minoritas p̄uatiuū suo modo.
 ¶ Mixtū ē de centū formis: et data ē do-
 ctriā p̄ quā artūsta sciat discurrere quā-
 libet formā per principia ⁊ regulas hui⁹
 artis. Et in fine formarū ostensiuū est p̄
 quē modū artes liberales per hanc arte
 faciliter addita possunt.

alias q̄stiones peregrinās que p̄nt solui
 sc̄dm modū per quē soluem⁹ alias que-
 stiones. ¶ Ratio quare transmittemus
 aliquas q̄stiones ad sua loca est: quia
 euitamus prolixitatē: ⁊ q̄ illi qui sciunt
 istam arte poterūt illas soluere per eaz
 loca in quibus solutiones earū sunt im-
 plicate. ¶ Item dicimus q̄ per q̄stio-
 nes quas faciem⁹/ dabimus doctrinā
 ad faciendū q̄stiones/ abstrahēdo il-
 las a significatis regularum.

Tabula sunt. lxxiij. colū-
 ne: ⁊ q̄ euitamus prolixitatē
 ideo nolūm⁹ facere q̄stiones.
 De oibus colūnis: sed tantū
 modo. de septē colūnis per
 q̄s dabimus doctrinā ad faciendū ⁊ sol-
 uendū q̄stiones per oēs colūnas tabule.

De questionibus prime col-
 lumne. B. L. D. L.

Et ista columna iam feci-
 mus q̄stiones: vt p̄tz in
 tabularū qua probam⁹ q̄
 mundus non est eternus.
 Sed vt videat q̄ columna
 est generalis / volum⁹ ite-
 rare eā/ abstrahēdo ab ea aliquas que-
 stiones. Et sicut ipsa ē generalis: sic alie
 columne sunt generales. ¶ Per camera
 b. c. d. querit̄/ vtrum sit aliqua bonitas
 infinita ⁊ immensa per bonificationem/
 sicut eternitas per durationē: Et r̄ndē-
 dū est q̄ sic/ alioquin eternitas nō esset
 tota bona/ neq̄ tota magna: q̄d est im-
 possibile. ¶ Querit̄/ quid est infinita et
 immensa bonitas: Et r̄ndēdū est q̄ est
 essentia habēs in se multos/ infinitos ⁊
 immensos correlatiuos per sc̄dam spe-
 ciem c. signatos. ¶ Querit̄/ infinita ⁊ im-
 mensa duratio de quo est? Et r̄ndēdus
 est p̄ primā ⁊ sc̄dam specie regule b. ⁊ p̄
 sc̄dam regule c. Et ad hoc testat regulā
 b. q̄ ipsa est de correlatiuis eternis boni-
 tatis ⁊ magnitudinis/ sine qb⁹ eterni-
 tas non potest esse infinita et immensa
 b. c. t. b. ¶ Vtrum bonitas possit esse ma-
 gna sine distinctione: Et respondendū
 est q̄ non eo q̄ non esset naturaliter ra-
 tio bono q̄ ageret bonum: cum in omni
 agere oporteat esse distinguere. Querit̄-
 tur/ quid est magna distinctio bonitatis?
 Et respondendū est q̄ illa est de suis
 correlatiuis in quibus est substantia: ⁊
 cum quibus habet naturam: ⁊ est essen-
 tia p̄fecta b. c. t. c. ¶ Vtrum bonitas possit
 esse, magna sine concordantia? Et res

¶ ista pars .17.
 vndecime
 partis: p̄t
 cipalis de
 q̄stionib⁹
 prime co-
 lumne. B.
 C. D. T.
 vtrum

¶ Undecima pars
 principalis.

De vndecima parte princi-
 pali que est de questionibus.



Ec pars in
 sex partes siue lo-
 ca diuidit̄. ¶ Prima
 pars ē de q̄stionib⁹
 quas faciem⁹ p̄ ta-
 bulā. ¶ Sc̄da pars
 est illa quā facie-
 mus de q̄stionibus
 per euacuationem
 tertie figure. ¶ Tertia pars est quā fa-
 ciemus de q̄stionib⁹ per multiplicati-
 onē tertie figure. ¶ Quarta est de que-
 stionib⁹ quas faciem⁹ p̄ mixtionē prin-
 cipioꝝ. ¶ Quinta est de q̄stionib⁹ q̄s fa-
 ciemus p̄ nouē subiecta. ¶ Sexta est de
 q̄stionib⁹ centū formarū. Verūtamen de
 q̄stionib⁹ aliq̄s hui⁹ ⁊ aliq̄s trāsmite-
 rem⁹ ad loca hui⁹ libri: in qb⁹ solutiones
 earū sunt implicate et signate: ⁊ in illis
 quas soluem⁹/ docebim⁹ practica huius
 artis: ⁊ dabimus doctrinā ad soluendū

quid
 de quo

Rubrica
 vndecime
 artis p̄t
 palis.

De q̄stionib⁹ p̄ tabulam.
 De q̄stionib⁹ 3. fig. - 102
 Mixtio principioꝝ - 102
 nouem subiecta - 103
 Centū formy

Undecima pars.

ritur per quem modum vna prudentia
pneulet alteri? solutio in tertia. ¶ Utrū
prudentia sine prouidentia sit ita potēs?
Solutio in. iij. querit prudentia cui? est
habiti? solutio in. v. q̄rit q̄lis prudentia e
primitiua z qualis consecutiua? solutio
in. vi. queritur prudentia per que moduz
est per rectaz lineam aut per obliquaz?
solutio in. vij. ¶ Utrū omnia prouidentia
sint vtilia? solutio in. viij. querit qua-
re prudentia eligit labore? solutio in. ix.
queritur per que modum prudentia et

imprudencia differunt? solutio in. decē-
mo. ¶ Utrum prudentia absq; alia vir-
tute possit habere existentiam? solutio
in vndecimo. queritur prudentia z im-
prudencia per que media sunt contra-
riantes ad inuicem? solutio in duodeci-
mo. ¶ Queritur per quem modum pru-
dentia z imprudentia bellant in subie-
cto? solutio in. xij. queritur per que mo-
dum prudentia z imprudentia opponū-
tur per mediuz? solutio in. xiiij. ¶ Que-
ritur per quem modū prudens z impu-
dens se habent ad finem? solutio in. xv.
queritur per quem modum prudentia
et imprudentia opponuntur in maiori-
tate? solutio in. xvj. queritur vtrum pru-
dentia z imprudentia se impugnant in
equalitate? solutio in. xvij. ¶ Utrum pru-
dentia cuz minoritate possit esse in sub-
iecto? Et respondēdum est q̄ non. Nam
de ratione prudentie est eligere maiori-
tatem: z vade ad. xvij.

De questionibus prudentie per regulas.



Uerit/ quare prudentia sup-
ponit contingentiam? So-
lutio in regula b. queritur
quid est prudentia? solutio
i p̄ma specie regle c. ¶ Utrū
correlatiui intellectus sint

De q̄stio-
nibz pru-
dentie per
regulas.

habituati ex correlatiui prudentie? Et
respondendum est q̄ sic: z vade ad secū-
dam speciem c. queritur prudentia quid
habet per prudentia? solutio in. iij. spe-
cie c. ¶ Queritur que sunt principia pri-
mitiua prudentie? solutio in prima spe-
cie. ¶ Queritur per quem modum pru-
dentia est virtus specifica? solutio in
secunda specie d. queritur vtrum pru-
dentia aliquo modo possit esse peccatū?
z respondēdum est q̄ sic ratione subie-
cti quod ipsa male vitur: lic amare q̄b
est peccatum quomodo per ipsum dili-
gitur: z vade ad tertiam speciem d. que-
ritur de prudentia quare ipsa est forma-
liter? solutio in prima specie e. ¶ Utrum
discretio z dispositio sint de genere pru-
dentie? z r̄ndēdū e q̄ sic: z vade ad. ij. spe-
cie e. ¶ Utrū prudentia sit mēsurā pruden-
tie? Et respondēdum est q̄ sic: et vade
ad primam speciem f. queritur que est
causa quare prudentia habet q̄titates
diferetas? solutio in secunda specie f.
¶ Utrum prudentia sit propria q̄titas
prudentie? solutio in secunda specie g.
¶ Queritur/ vtrum malicia aliquo mo-

utrū prudentia
sint prouidentia

do possit esse qualitas prudentie? Et respondendum est qd sic: sicut instrumentum qd potest esse malū quando malus agens cū ipso male agit: vade ad secundam speciem g. ¶ Queritur vtrū prudentia sit magis per prouidere futura / q̄ per eligere presentia? Ad qd dicendum est qd sic: ratio huius est qz futura sunt plura per contingētia / q̄ entia presentia per experientia: vade ad regulam h. ¶ Queritur prudentia in quibus principijs magis consistit? Et respondendum est qd in bonitate / intellectu / virtute / differentia / sine ⁊ maioriāte: ⁊ vade ad regulam i. queritur per quez modū homo vtrū prudentia? solutio i. p̄ma reglā k. querit prudentia cū quibus principijs est fortis? solutio in sc̄da reglā. k. ⁊ queritur vtrū essentia prudentie quiescat / crescat aut decreseat in subiecto in quo est? ⁊ respondendum est qd non: eo qz habitus indiuisibilis est: qz ip̄sa non est punctalis / nec linealis. Sed de hoc mirat intellectus: quare actus prudentie crescit: donec considerat discretas q̄ritates quas habet.

De questionibus fortitudinis: ⁊ primo per principia.



Queritur vtrū postea fortitudo line: sicut postea potentia visiva ponuntur visibilia? Et respondendum est qd sic: qz si non / iam fortitudo non posset habere fantasmata:

sicut potentia visiva non posset habere visibilia. ¶ Queritur / fortitudo cum quibus nutritur ⁊ gubernatur? solutio in primo paragrapho fortitudinis noni subiecti. querit / fortitudo cuius quib⁹ est impugnabilis? solutio in. ij. querit / per quem modū fortitudo est vincens et dominans? solutio in tertio. ¶ Querit que est causa quare fortitudo est fortis? solutio in quarto. queritur fortitudo cum quo est magis fortis? solutio in quinto. ¶ Utrum fortitudo sit fortior cum timore q̄ cum amore? Ad qd dicendum est qd cum amore. ¶ Amor em̄ est causa timoris. Et vade ad sextum paragraphum. ¶ Queritur vtrū absq̄ fortitudine aliqua virtus possit esse fortis? Et respondendum est qd non. Nam aliter essent due fortitudines differentes specie. Et vade ad septimū. ¶ Querit per quez modū homo est audax? solutio in octauo. que-

rit quare homo est magnanimus? solutio in nono. querit per quez modū fortitudo ⁊ prudentia conueniūt ad inuicē? solutio i. x. querit fortitudo cū quo est maior? solutio in. xi. queritur fortitudo quōd corumpit? solutio in. xij. ¶ Utrum fortitudo sine fantasmatib⁹ potest esse specifica virtus? solutio in. xij. ¶ Utrū fortitudo existat medium inter iusticiam ⁊ prudentiam / et inter iusticiam ⁊ temperantiam / ⁊ inter prudentiam ⁊ temperantiam? Et respondendum est qd sic: vi virtutes sint maiores i medio q̄ in extremitatibus: ⁊ vade ad. xiiij. ¶ Fortitudo cui⁹ q̄ causat victoriā? solutio in. xv. ¶ Fortitudo quōd vici accidit? solutio i. xvi. querit que fortitudo fortior ē cū equalitate q̄ cum inequalitate? ⁊ respondendum ē ex eo qd sua correlatiua sunt equalia: ⁊ vade ad regulā b. ⁊ in. xvij. ¶ Queritur / fortitudo cum quo deuinat? solutio in decimo octauo.

De questionibus fortitudinis per regulas.



Uare charitas est fortior cū prosperitatib⁹ q̄ cū aduersitatibus? solutio in regulā b. noni subiecti. ¶ Queritur quid est fortitudo? solutio in prima specie regulæ c. queritur / fortitudo vtrū habeat fortificabilia in potentia per fortificabile innatū? solutio in sc̄da specie c. ¶ Utrum fortitudo sit habitus aliarum virtutum? Et respondendum est qd sic. Nam sine ip̄sa non essent fortes? solutio in. iij. ¶ Utrū fortitudo habeat in principijs suis sua fantasmata? solutio in. iij. specie c. querit que sunt principia primitiua fortitudinis? solutio i p̄ma specie d. querit per quam naturā fortitudo habeat sua fantasmata? solutio in secūda specie d. vtrū fortitudo sit subiecti in quo est sine dispositione? solutio in tertia specie d. ¶ Querit quare fortitudo habet in potentia fortificabilia specificabilia? Et in actu quomodo est in pratica? solutio in prima specie. ¶ Queritur quare alie virtutes in bello habent victoriam contra vitia? solutio in sc̄da specie e. ¶ Queritur fortitudo q̄ta est in alijs virtutibus ⁊ respondendum est qd ipsa est tanta q̄ta est victoria earum: ⁊ vade ad primam speciem f. ¶ Utrum fortitudo habeat actus mensuratos? solutio in secūda specie f. ¶ Utrum essentia prudentie

De q̄stionibus fortitudinis ⁊ regulas.

De q̄stionibus fortitudinis ⁊ primo per principia.

Undecima pars.

ita crescat aut decreseat? Solutio in prima specie g. ¶ Queritur / quare actus charitatis crescat aut decreseat ad placentiam? Solutio in secunda specie g. ¶ Queritur / vtrum fortitudo sit in tpe: cu p se sit in continuo instanti? Solutio in regula h. ¶ Queritur / vtrum fortitudo sit i victoria virtutu? Solutio in regula i. ¶ Queritur / fortitudo quomodo causat? Solutio in prima regula k. queritur / fortitudo cu quibus habiub? est magis habitata? Solutio in 2. regula k. queritur / fortitudo vtruz fortior sit cu imaginatiua qz cu sensitiua? et respondedu est q sic: eo q cu imaginatiua est deliberatiua: cum sensitiua nequaqs.

De questionibus temperantie et primo per principia. 67

De qstioibus temperantie primo per principia.



rum posita temperantia / ponatur temperabilia: sicut posita potentia auditiva / ponuntur audibilia? Et respondendum est q sic: nam sicut auditus e sset frustra sine audibilibus: sic temperantia sine temperabilibus. ¶ Et in isto passu cognoscit intellectus q quilibet virtus specifica causat suas specificas virtutes: sicut antecedens suu consequens. Et ideo intellectus p ea que cognoscit e valde moralis. ¶ Queritur / quare temperantia est amabilis? Solutio in primo paragrafo temperantie queritur / vtrum temperantia sit magna quomodo est difficilis? Solutio in secundo. ¶ Vtrum temperantia noua sit facilis? Solutio in tertio. ¶ Vtrum temperantia possit existere p se? Solutio in quarto. queritur / vtrum temperantia extra scibilitate sit a contingencia? Solutio in 5. ¶ Vtrum temperantia sine amabilitate periclitet? Solutio in sexto. querit / quare temperantia frequentius est necessaria qz alta virtus? et respondendum est: quia gula quotidie pugnat contra illam? Solutio in septimo. queritur / quare temperantia conuenit cum virtute? et respondendum est: p hoc quia sine virtute non posset vincere gula? Solutio in 8. ¶ Queritur / quare temperantia est vitilis? Solutio in nono. queritur / temperantia cum quo principio habet maiorem vigorem? Solutio in decimo. queritur / temperantia cum quo tendit ad quietem? Solutio in 11. ¶ Queritur / quid est magis inimica temperantie / aut gula? aut auaricia? Solutio in 12. querit / temperantia in quo tempore magis indi-

get fortitudine? Solutio in 13. queritur / temperantia vbi mensuratur? Solutio in 14. queritur / quare labor est quies temperantie? et respondendum est vt acquirat meritum cu labore: et vade ad. 15. ¶ Queritur / temperantia cu quo est maior? Solutio in 16. queritur / actus temperantie cu quo est? Solutio in 17. ¶ Temperantia cum quo est infirma? Solutio in 18.

De questionibus temperantie per regulas.



Queritur / temperantia p que modum participat cum alijs virtutibus? Solutio in regula b. queritur / temperantia quid est? Solutio in prima specie c. queritur / temperantia cu quibus? vbi causat suas temperabilia: videlicet suas species? Solutio in 2. specie c. queritur / temperantia quid est in subiecto in quo est? Solutio in 3. specie c. ¶ Queritur / temperantia quid habet in alijs virtutibus? Solutio in quarta specie c. queritur / que sunt principia primitiua temperantie? Solutio in prima specie d. ¶ Vtrum temperantia absq imaginatione possit habere actus suum? Solutio in secunda specie d. querit / vtrum temperantia sit hominibus ante? et respondendum est q vtriusq: sed maxime hominis: eo q homo cu anima causat ipsam: et in tertia specie d. queritur / temperantia que est formaliter? Solutio in prima specie e. queritur / temperantia quare est? et respondendum e vt sint temperabilia: et vade ad secundam speciem e. querit / temperantia qzta est? Solutio in prima specie f. querit / temperantia quot quantitates discretas habet? et respondendum est q tot quot sunt suas temperabilia: et in secunda specie f. queritur / que est propria qualitas temperantie? Solutio in prima specie g. ¶ Queritur / vtruz temperabilitates principioruz sint secundarie qualitates temperantie? Solutio in secunda specie g. queritur / quomodo temperantia causat suas species in tempore? Solutio in regula h. querit / temperantia vbi causat suas species? Solutio in regula i. queritur / temperantia quomodo temperat temperabilia? et respondendum est per similitudinem: videlicet p illu modum p que sensus sensat sensibilia: et vade ad primam regulam k. queritur / temperantia cu quo est? et respondendum est q ipsa est cum iusticia / prudentia et querit / vtrum temperantia sit aliorum

De qstioibus temperantie per regulas.

virtus q̄ castitas? et respondendum est q̄ sic? extense? intense vero non.

De questionibus fidei per Principia. 69

De q̄stio- bus fidei p̄ principia



Verū posita fide / ponā f̄ sic credulitates? sicut posito olfatu / ponantur odorabilitates? Et respondēdū est q̄ sic nā sicut olfatus esset va- cius sine odorabilitatib⁹? sic fides sine credulitatib⁹. ¶ Queritur / que est cā q̄re intellect⁹ agit sup sua natura? Solutio in. 1. ¶ paragrapho fidei in nono subiecto. querit / q̄ est cā quare cre- dere ascēdit sup intelligere? solutio i. 2. ¶ Queritur / quid est fides in hoic peccatore? Solutio in. 3. ¶ Utrū fides ⁊ intel- lectus se possint habere circa eūdē intel- lectū? solutio in. 4. ¶ Queritur / p̄ quem modū intellectus ascēdit cū fide ad sum- mū obiectū? solutio in. 5. ¶ Utrū intel- lectus possit intelligere summū obiectum sine fide? solutio in. 6. ¶ Utrū fides sit habitus intellectus? solutio in. 7. querit quis est prius in veritate? aut fides? aut intellect⁹? solutio in. 8. ¶ Querit / qua- re intellectus ascēdit cū labore intelligē- do? sed cū delectatione credēdo? solutio in nono. ¶ Querit / p̄ quē modū intellect⁹ est instātanēus ⁊ successiuus obiectādo? solutio in. 10. ¶ Queritur / p̄ quē modū ⁊ intelligere ⁊ credere concordāt in eodez obiecto? solutio in. 11. querit / per qd̄ si- gnū cognoscit̄ q̄ lex ē vera / aut lex chri- stianoz / aut iudeoz / aut sarracenz? solutio i. 12. querit / p̄ quē modū fides ē dispositio intellect⁹? solutio i. 13. querit / p̄ quē modū fides ⁊ intellectus ascēdit ad obiectū? solutio i. 14. querit / p̄ quē mo- dū it̄ via fides existit iter intellectū ⁊ deū? solutio i. 15. querit / vtrū due leges oppo- site possint ēē vere ⁊ bone? solutio i. 16. querit / q̄ sunt signa cū qb⁹ cognoscit̄ ve- ra fides ⁊ falsa fides? solutio i. 17. vtrū mai⁹ intelligere sit contra manus crede- re? solutio in. 18.

De q̄stioibus fidei p̄ regulas.

De q̄stio- bus fidei p̄ regulas



Queritur / qd̄ meritū sit pri⁹ aut fidei? aut intellect⁹? solutio in regula b. querit / qd̄ est fides? solutio in. 1. specie c. querit / p̄ quē modū fides est habit⁹? solutio in. 2. specie c. querit / p̄ quē modū ymus habitus consistit sup

aliū? solutio in tertia specie c. querit / quid habet fides in potētia anime? ⁊ eō- verso? solutio in quarta specie c. ¶ Utrū fides sit a generante aut a creature? so- lutio in prima specie d. ¶ Utrū fide- agat per formas specificā? solutio in se- cundo in secunda specie d. ¶ Utrū fides sit possessa ab intellectu? Et respondē- dum est q̄ sic: nā ipsa est habitus ipsi⁹ intellectus: et vade ad tertiam speciem d. queritur / fides a quo dependet? solutio in prima specie e. ¶ Utrū fides sit vt intellectus habeat altūm intelligere siue credere? solutio in secunda specie c. queritur fides quanta est? solutio: vade ad primam speciez f. queritur / que sunt quātitates dilcrete fidei? et respondē- dum est q̄ sic crudelitates: ⁊ vade ad se- cundam speciez regule f. queritur / fides cum quo agit? solutio in prima specie g. queritur / quid est dispositio fidei? solu- tio in secūda specie g. queritur / per quē modum fides consistit in tempore: cum sit immobilis: ⁊ quando ipsa corumpit̄- tur. ¶ Utrū eadem fidee resurgat? so- lutio in regula h. ¶ Utrū fides sit in- tellectus? solutio in regula i. queritur / per quem modum deus causat fides? so- lutio in prima regula k. queritur / fides cum quo est? solutio in secunda regula l. ¶ Utrū fides sit in prima? Et respon- dendum est q̄ non: eo q̄ intellectus et ipsa non possunt esse in eodem gradu. ¶ Utrū infidelis habeat fidem? Et re- spondendum est q̄ non: eo q̄ non. fides enim absq̄ eius veritate esse nō potest.

De questionibus spei in nono subiecto. Et primo per principia. 69



Vtrum spes sit causa sperā- bilium? sicut gustus gustabi- lium? Et respondendum ē q̄ sic: alioquin non esset vir- tus: veritāmē spes causat sperabilia moraliter: gull⁹ autem gustabilia naturaliter. ¶ Utrum spes sit habit⁹ memorie? sicut charitas voluntatis et fides intellectus? solutio in primo paragrapho capituli spei i nono subiecto. queritur memoria ⁊ que ascendit ad lūmū obiectum? solutio in secundo. ¶ Queritur / spes cum quo du- rat? solutio in tertio. queritur / quid est i memoria potestas superior ⁊ potestas inferior? solutio in quarto. queritur / qd̄ est magnus amicus hominis in hora sue.

De que- stionibus spei in no- no subie- cto: ⁊ prio- p̄ principia.

Undecima pars.

mortis? solutio in. 5. ¶ Queritur / quid e magna amica hois in suis aduersitatibus? Solutio in. 6. ¶ Queritur / memoria cu quo est virtuosa? solutio i. 7. queritur que est spes formata ⁊ spes difformata? solutio in. 8. ¶ Queritur / quare spes causat leticiã: suã aut oppositã tristiciã? solutio in. 9. ¶ Queritur / que differentia inter sperare ⁊ recolare? solutio in. 10. ¶ Queritur / p que modũ recolare ⁊ sperare se disponit adinuicẽ? solutio in. 11. ¶ Queritur / vtrũ spes legitima ⁊ spes spuria possint esse in eodem subiecto? solutio in. 12. ¶ Queritur / que est infirmitas memorie? Solutio in. 13. ¶ Queritur spes p que modum est mediũ inter deũ ⁊ homines? solutio in. 14. ¶ Querit / per que modum spes causat quietẽ? solutio in. 15. ¶ Queritur / p que modũ spes est signũ vere legis? solutio i. 16. ¶ Utrũ sperare ⁊ recolare se possint coequare in assumẽdo summũ obiectũ? solutio in. 17. queritur / per quem modũ peccatores cadunt in desperationem? solutio in. 18.

tur / spes cu quo generatur aut corrumpitur? Solutio in. 1. regula R. ¶ Utrum spes sit cu dispositioẽ subiecti in q̄ est? solutio in. 2. regula R. ¶ Utrũ spes sit altior virtus q̄ iusticia? Et dicendũ est q̄ sic: eo quia iusticia mensurat cũ mensura Spes autem supra mensuram. ¶ Utrũ spes sit amica misericordie? respondendũ est q̄ sic: eo q̄ sua ancilla est. ¶ Utrũ spes sit thesaurus pauperum? Et dicendum est q̄ sic: eo quia causat leticiam et fugat tristiciam. ¶ Queritur / quid e imitica spei? Et dicim⁹ q̄ obliuio. ¶ Utrũ spes causat iusticiã? Et respondendũ e q̄ sic: hõ em speras ideo iustũ se reddat.

De questiõibus charitatis et primo p principia. 70



¶ Utrum charitas sit ca charitabilis: sicut tactus est ca tactibilis? Et dicimus sic: si enim charitas nõ esset causa charitabilis: nõ posset esse habitus voluntatis: sicut tactus sensus cõmunis nõ esset ca ad iudicandũ sensibilia. ¶ Queritur / q̄re charitas est habitus voluntatis? Solutio in primo paragrapho charitatis in nono subiecto. ¶ Queritur / q̄re charitas facit omnia bona cõmunia? Solutio in secõdo. ¶ Queritur / charitas cu quo facit dura re seipsam? Solutio in. 3. ¶ Querit / charitas q̄re vincit oia? Solutio in. 4. queritur / p que modũ charitas est dispositio intellect⁹ ad intelligẽdũ summũ intelligibile? Solutio i. 5. ¶ Queritur / cu quo voluntas se disponit ad amandũ summũ amabile? Solutio in. 6. querit / q̄re charitas est altior virtus q̄ alie virtutes? solutio in. 7. ¶ Querit / cu quo charitas vincit: ⁊ cum quo vincit imaginabilia ⁊ sensibilia? Solutio in. 8. ¶ Querit / q̄re charitas in oibus inuenit delectationẽ? Et respondendum est ex eo q̄ ipsa eleuat voluntatẽ supra imaginabilia ⁊ sensibilia? Et solutio in. 9. ¶ Queritur / quare charitas nõ q̄rit ea que sua sunt? Solutio in. 10. ¶ Queritur / que est de ratione charitatis? Solutio in vndecimo. ¶ Queritur / quare charitas non inuenit contrarium? Respondendum est per hoc quia ipsa vincit illud? Et solutio in 12. ¶ Queritur per quem modum charitas habet pius posterius? Solutio in 13. ¶ Queritur / quid est nunciũ inter amicus ⁊ summũ amatũ? Solutio i. 14. ¶ Queritur / voluntas cu quo in omni

De questiõibus charitatis ⁊ primo p principia.

De questiõibus spei per regulas.

De questiõibus spei p regulas.



¶ Utrum spes sit habitus memorie? Solutio in. 9. subiecto i capitulo spei in regula b. ¶ Querit / qd est spes? solutio in prima spe c. queritur / spes cu quibus agit p suã speciem? solutio in. 2. specie c. querit / quid est spes in alio? solutio in. 3. specie c. ¶ Queritur / spes cuius est aptitudo? Solutio in. 4. specie c. ¶ Utrũ spes sit a genere aut a creature? et respondendũ est q̄ ipsa est create: eo q̄ supra subiectũ est edificata: sicut cappa supra cappatũ: et vide in prima specie d. ¶ Querit / correlative spei a quib⁹ deriuant? Solutio in. 2. specie d. ¶ Queritur / spes cui⁹ est instrumentũ? Solutio in. 3. specie d. queritur / spes q̄re est spes? solutio in. 1. specie c. ¶ Querit / spes quare est? Solutio in secã specie c. ¶ Utrũ spes sit indiuisibilis? Solutio in. 1. specie f. ¶ Queritur / spes in quo crescit ⁊ descrecit? Solutio in secũda specie f. ¶ Queritur / quid est proprius actus spei? Solutio in. 1. specie g. ¶ Queritur / q̄ sunt secũdarie proprietates spei? Solutio in secũda specie g. ¶ Querit / per quem modũ omnia tempora in spe comprehenduntur? Solutio in regula h. ¶ Queritur / spes ubi causat suas. Ipeccõ: Solutio in regula i. querit

quiescit? Solutio in. 15. ¶ Queritur / cū quo charitas est signum vere legis? Et respondendum est qd cū maiore: rva de ad. 16. ¶ Queritur / quid est signum charitatis? Solutio in. 17. ¶ Queritur / quid est corruptio charitatis? Solutio in decimo octavo.

De questionibus charitatis per regulas.

De q̄stio- bus chari- tatis pre- gulas.



Trum charitas sit habitus voluntatis? Solutio in regula b. in nono subiecto. queritur qd est charitas? solutio in p̄ma specie c. queritur / charitas habens specificas species cum quibus est / specificavirtus? solutio in secunda specie c. ¶ Queritur / quid est charitas in alijs virtutib? Solutio in tertia specie c. ¶ Queritur / q̄re charitas habet quequid vult? Et respōdendum est per hoc qd est altior virtus omnibus virtutibus: ⁊ vade in quarta specie c. ¶ Queritur / quare charitas est infusa ⁊ non acquisita? Et respondendū est per hoc quia per acquisitionem non posset esse ita alta virtus sicut est: nisi p̄ infusionem: vade in prima specie d. ¶ Queritur / charitas ex quo est? solutio in secunda specie d. ¶ Queritur / quare qualitas est voluntatis? Solutio in tertia specie d. ¶ Queritur / quid est causa charitatis? Solutio in prima specie e. ¶ Queritur / quare charitas est? Solutio in secunda specie e. ¶ Queritur / vtrum charitas habeat magnaz quantitatem? Solutio in prima specie f. ¶ Utrum essentia charitatis crescat aut decrescat? Et respondendum est qd non: ipsa enim non est habitus punctalis neq̄ linealis: ⁊ vade ad secundam speciem f. ¶ Queritur / qd est primitiva quantitas charitatis? Solutio in prima specie g. ¶ Queritur / que est secundaria qualitas charitatis? Solutio in secunda specie g. ¶ Queritur / per que modū charitas ē instantanea ⁊ successiva? Solutio in regula h. ¶ Queritur / charitas vbi est? Solutio in regula i. ¶ Queritur / charitas quomodo est? solutio in 1. regula k. ¶ Queritur / charitas cum quo est? Solutio in secunda regula k. ¶ Queritur / per quod homo potest cognoscere si ipse habet charitatē aut nō? Et respondendum est per ea que de illa superius dicta sunt.

in nono subiecto: et primo per principia.



Trum patientia sit sic cā pati- bilium? sicut affectus affectibilium est causa? Et respondendum est qd sic. Nam sicut affectus nō esset sensus abq̄ affectabilibus: sic nec patientia esset virtus abq̄ patiabilibus. ¶ Queritur / patientia cum quo est habitus voluntatis? Solutio in primo paragrappo patientie in nono subiecto. ¶ Queritur / voluntas cum quo vincit iram? Solutio in secundo. ¶ Queritur / patientia cuz quo est fortis? Solutio in tertio. ¶ Utrum patientia cum adinētia et prudentia sit potens? Solutio in quarto. ¶ Queritur / patientia cum quo vivit? Solutio in quinto. ¶ Patientia cū quo est de genere humilitatis? Solutio in sexto. ¶ Patientia cū qua virtute est magis alta? Solutio in. 7. ¶ Utrum vera patientia quietat ea que sua sunt? solutio in octavo. ¶ Utrum patientia fugat tristitiam? Solutio in nono. ¶ Utrum patientia distinguat inter suum amicū et suum inimicū? Solutio in decimo. ¶ Queritur / patientia cum quibus virtutibus est cōnexa? Solutio in vndecimo. ¶ Queritur quare patientia vincit? Solutio in. 12. ¶ Queritur / patientia quid habet in causis? Solutio in. 13. ¶ Queritur / patientia inter que est medium? Solutio in. 14. ¶ Queritur / homo patiens cum quo quiescit? Solutio in. 15. queritur / patientia cuz quo est maior virtus? solutio in. 16. ¶ Queritur / quod est officiu patientie? Solutio in decimo septimo. ¶ Queritur patientia cum quo periclitatur? Solutio in. 18.

De q̄stio- bus patie- tie i nono subiecto ⁊ primo per principia.

De questionibus patientie per regulas.



Queritur / q̄re patientia abso- lute est fortior q̄ impatien- tia? Solutio in regula b. queritur / quid est patientia? solutio in prima specie c. queritur / patientia cū quibus patitur? solutio in secunda specie c. ¶ Utrum patientia sit in charitate mansueta ⁊ in prudētia discretata? solutio in. 3. specie c. ¶ Utrum voluntas p̄ patientiā habeat ea q̄ vult? solutio in. 4. specie c. queritur / q̄ sunt puncta primitiva patientie? solutio in. 1. specie d. ¶ Queritur / q̄ sunt principia secidaria p̄

De q̄stio- bus patie- tie p̄ regula- las.

De questionibus patientie

Undecima pars.

scientie? Solutio in .ij. specie d. ¶ Queritur voluntas eius quo descendit ad eligenduz passionez? Solutio in .ij. specie d. querit patientia euz quibus virtutib⁹ est necessitata? Solutio in prima specie e. querit patientia quare est? Solutio in secunda specie e. ¶ Utrum essentia patientie habeat cum quo creascit? Solutio in prima specie f. ¶ Utrum patientia habeat qualitates discretas? Solutio in secunda specie f. querit que est propria pietatis patientie? Solutio in prima specie g. ¶ Querit que sunt secundarie qualitates patientie? Solutio in secunda specie g. ¶ Querit per que modum patientia est in tempore instantanea per illam novitatem quam accipit in sui creatione: et successiva de vno in aliud? Solutio in regula h. ¶ Querit que sunt loca patientie? Solutio in regula i. queritur patientia quomodo acquirat? Solutio in prima regula k. querit patientia cum quo fortificatur? Solutio in secunda regula k. ¶ Quid est ante contra iram aut patientia aut abstinencia? Et respondendum est quod patientia. Nam ipsa abstinencia a patientia oritur. ¶ Utrum patientia causet equaliter a fortitudine et prudentia? Respondendum est quod sic: alioquin patientia non esset fons abstinencie.

De questionibus pietatis in nono subiecto. et primo per principia. 71

De questionibus pietatis in nono subiecto et primo per principia.



¶ Utrum pietas sit causa pietabilium: sicut imaginatio est causa imaginabilium? Et dicimus quod sic. Quia sicut imaginatio non est habitus sine imaginabilibus: sic pietas sine pietabilibus. ¶ Querit cum quo voluntas se disponit ad habendum dolores proximi sui? Solutio in primo paragrapho pietatis in nono subiecto. querit utrum suspensio et fletus sint signa magne pietatis? Solutio in secundo paragrapho. queritur pietas cum quo durat? Solutio in .ij. ¶ Queritur que sunt signa pietatis pietatis? Solutio in .ij. querit cum quo intellectus cognoscit pietatem? Solutio i. v. ¶ Querit que pietas est amabilis. Solutio i. vj. ¶ Pietas cum quibus se ostendit esse virtutem? Solutio in .vij. ¶ Querit quid est medicina crudelitatis voluntatis? Solutio in .vij. ¶ Voluntas cum quo se consolatur? Solutio in .ix. ¶ Querit quare pietas non distinguit inter proprium et commune? Solutio in .x. ¶ Homo pius cum quo pacificatur inimicum? Solutio in .xj. ¶ Pietas cum

quo vincit impietatem? Solutio in .xij. ¶ Queritur quid est materia pietatis? Et respondendum est quod superiora: non tamen dico per rectam lineam: sed per obliquam: videlicet est occasio: sed non tamen causa. Et vade ad .xij. ¶ Utrum pietas sit in extremis? Solutio in .xiiij. queritur cum quo voluntas se delectat in suis aduersitatibus? Solutio in .xv. ¶ Utrum maior pietas sit maius signum vere legis? Solutio in .xvi. ¶ Querit pietas cum quo mensurat? Solutio in .xvij. ¶ Queritur utrum absentia suspensio et fletus sit signum minoris pietatis? Solutio in decimo octavo.

De questionibus pietatis per regulas.



¶ Utrum charitas sit habitus pietatis? Solutio in regula b. in nono subiecto in capitulo pietatis. ¶ Querit quid est pietas? Solutio in prima specie c. queritur pietas cum quo? Solutio in secunda specie c. queritur pietas cuius est signum? Solutio in tertia specie c. queritur quid habet pietas in subiecto in quo est. Solutio in quarta specie c. querit que sunt principia priora pietatis? Solutio in prima specie d. ¶ Utrum suspensio et fletus sint signa significantia materiam pietatis? Solutio in secunda specie d. ¶ Utrum pietas sit voluntatis? Et respondendum est sic: eo quia suus primus motor est: et vade ad tertiam speciem d. ¶ Queritur cum quo cognoscitur veritas pietatis? Solutio in prima specie f. ¶ Queritur cum quo pietas crescit aut decrevit actum suum? Solutio in secunda specie f. ¶ Queritur que est propria qualitas pietatis? Solutio in prima specie g. ¶ Queritur que est secundaria qualitas pietatis? Solutio in secunda specie g. ¶ Queritur quomodo cognoscitur pietas? Solutio in regula h. ¶ Querit ubi est pietas? Solutio in regula i. ¶ Queritur pietas quomodo acquiritur? Solutio in prima regula k. queritur pietas cum quibus est? Solutio in secunda regula k. queritur pietas cum quibus est quomodo generat suspensio et fletus. dicendum est quod per modum quem habet charitas ad mouendum cum pietate imaginativa mouentem sensitiuam calefaciendo cor ut influat suspensio cum quibus calefacitur ascendet ad oculos calefactos a quorum calore aqua fugit lacrimando. ¶ Utrum

De questionibus pietatis per regulas.

de noue virtutibus: et sicut diximus de illis p principia 2 regulas: sic potest dici de vitij et contrarijs modo: contrario: videlicet de inuria / impudentia / debilitate cordis / intemperantia / infidelitate / desperatione / crudelitate / impatientia et impietate.

De questionibus vitiorum in nono subiecto per principia et regulas deductorum. Et primo de auaricia. 72



Tru auaricia habeat suas species: sicut largitas suas. Et dicim⁹ q fiscalioqn ipse non haberet euz quo essent cotrarie. ¶ Querit⁹ / auaricia euz quo impedit largitatem? Solutio in prio paragrafo in capitulo auaricie in nono subiecto. queritur auaricia cum quo magnificat malum? Solutio in. 2. ¶ Queritur / qre auarus non quiescit? Solutio in. 3. ¶ Utruz auarus possit quiescere auaricia? Solutio in. 4. ¶ Querit⁹ / qre auarus credit esse largus? Solutio in. 5. ¶ Utruz auaricia eleuet volutate sup virib⁹ largitat⁹? Solutio in. 6. ¶ Utruz ho auarus sub habitu auaricie credit aut intelligat? Solutio in. 7. ¶ Queritur / an ho auar⁹ hoc qd est ver u credit esse falsum? Solutio in. 8. ¶ Utruz auar⁹ habeat euz auaricia aliquid in quo quiescat? Solutio in. 9. ¶ Queritur / ho auar⁹: vtruz credit hoc qd est auaricia / sit largitas? Solutio in decimo. ¶ Utruz ho auarus cu hoie iusto prudete pcondare possit? Solutio in. 11. ¶ Querit⁹ / qre ho auarus est mal⁹ vicinus sine focus? Solutio in. 12. ¶ Queritur / ho auar⁹ qud se hz cu pncipijs causalibus? Solutio in. 13. ¶ Ho auarus cu quo mensurat ea q hz? Solutio in. 14. ¶ Utruz ho auarus qrebat cu habitibus priuatiuis sicut largus cu posituis? Solutio in. 15. ¶ Querit⁹ / qd est maioritas auaricie? solutio i. 16. ¶ qre auaricia ne consistit i medio? solutio i. 17. ¶ Utruz minoritas auaricie sit contra largitate? Solutio in. 18.

De qstioib⁹ auaricie p reglas.



Tru auaricia sit generali⁹ peccatu? Solutio i regla b. queritur / qd est auaricia? Solutio i pria specie c. ¶ qre / q sit cor: relatiua auaricie? Solutio i. 2. specie c.

querit⁹ / qre auaricia e de sne paupiatas. Solutio in. 3. specie c. ¶ Querit⁹ / quid hz ho auarus in suis diuitijs? Solutio i. 4. specie c. ¶ Utrum auaricia habeat naturam et respodendū est q non: eo q largitas habeat ea: et vide in prima specie d. queritur / peccatu auaricie de quo e? Solutio in scda specie d. ¶ Utruz ho auarus sit auaricie: et respodendū est q sicqz sicut largus e lagitatus: et vide in tertia specie d. querit⁹ / auaricia qre est? Solutio in prima specie e. querit⁹ / vtruz auaricia sit vt ho no qrebat? Solutio in secunda specie e. ¶ Utruz auaricia sit comixta cu largitate? Solutio in prima specie f. queritur auaricia cu quo crescit / aut de: crescit actuosios? Solutio in secuda specie f. querit⁹ / qre ho auarus qtomagis hz tato plus appetit habere? solutio in pria specie g. querit⁹ / q sunt. ppetitates appropiate auaricie? solutio in secuda specie g. queritur / quomodo ho auarus vitur tpe? solutio in regula h. querit⁹ / auaricia vbi est? solutio in regula i. queritur / quo auaricia est? solutio in prima regula k. ¶ Itē respodendū est q ipsa e per modum nolendi: sicut largitas est p modum volendi. queritur / auaricia cum quo est? solutio in secunda regula k. ¶ Utrum peruerfium velle et peruersus nolle sint cause auaricie? et dicimus q sic. Ratio huius est: quia rectum velle ⁊ rectū nolle sunt cause largitatis.

De questionibus gula: et prio per principia. 72



Utrum gula sic causet gulositatem: vtz suas species: sicut tēperantia temperitates: et dicimus q sic: quia si noniam gula non haberet cum quo esset peccatum specificum: sicut tēperantia hz cu quo e vire? specifica. queritur / homo gulosus: vtruz cognoscit q nimia comestio facit sibi malū: tñ credit q faciat sibi bonū: et respodendū e q habu⁹ gulositatis facit ipsuz credere hoc qd e sup pria suū intelligere: ⁊ vide in primo pagrafo noni subiecti in c. gula. qre ho gulosus credit q nimia portatio no sit malū: et respodendū e q magna gulositas magnificat credere: ⁊ puet intelligere: vide in. 2. queritur / qre ho est gulosus post q delectationes qd hz p gula: no durat tantum qstuz pene quas p illas patit: et dicendū e q e e eo: q supponit ⁊ no itelligit: ⁊ vide i tertio

De qstioib⁹ bus gula: primo per principia.

De qstioib⁹ bus auaricie per reglas.

¶ Queritur *q̄re* hō gulosus sub habitu
gule est ligatus? solutio in. 4. **¶** Queritur/
q̄ est dispositio ad peccādū? solutio
in. 5. **¶** Queritur / que ē cū pueri appe-
tus voluntatis? solutio in. 6. **¶** Quare
gula est cōtra oēs virtutes? solutio in
7. **¶** Queritur / cū quo hō in mēsa deci-
pit seipsum? solutio in. 8. **¶** Queritur /
cū quo gula / in quo sensu causat delecta-
tiones? in quo doloros? solutio in. 9.
¶ Quare gulosus non distinguit inter
infirmatē et sanitatē? solutio in. 10.
¶ Queritur / hō gulosus cū quo vitit con-
cordātia? solutio in undecimo. **¶** Gula
quorū ē inimica? solutio in. 12. **¶** Queritur/
q̄ sunt signa gule? solutio in. 13.
¶ Utrū gulosus peruertat mēsuram et
immēsurā? solutio in. 14. **¶** Queritur /
quare hō inuensus nō inuenit quietē?
solutio in. 15. **¶** Itē respondēdū est q̄
ipse cū gula inquit quietē. querit / que
sunt maiores p̄spicitates gulosi? solu-
tio in. 16. **¶** Querit / cū q̄ mensura gulo-
sus mēsurat principia innata vegetati-
ue? solutio in. 17. **¶** Queritur / cū quo
homo gulosus est contra charitatem? so-
lutio in decimo octauo.

**De questionibus gule
per regulas.** 72

**De q̄stio-
nibus gule p̄
regulas.**



Vtrū gula depēdeat magis
a voluntate q̄ ab intellectu?
solutio in regula b. queri-
tur / qd̄ est gula? solutio in
p̄tia specie c. **¶** Queritur /
q̄ sūt mōstruositates gule?
solutio in sc̄da specie c. **¶** Querit / quid
est gula i subiecto in quo est? solutio i. 3.
specie c. **¶** Queritur / gula qd̄ h̄s i subie-
cto in quo est? solutio in. 4. specie c. que-
ritur / gula q̄re non est de aliquo? solutio
in prima specie d. **¶** Utrū gula sit de ha-
bitib⁹ p̄uatiuis? solutio i. 2. specie d.
¶ Querit / utrū gula sit aie aut corpis? et
respondēdū est q̄ ipsa est aie p̄lo: sedū
darie aut corpis. Nā peccatū in aia et p̄
aiam incipit: et deinde per corpus: et vide
de in tertia specie d. **¶** Utrū gula sit a ne-
cessitate aut a concupientia? solutio in
prima specie e. **¶** Queritur / gula q̄re ē?
solutio in sc̄da specie e. **¶** Querit / q̄re
gulosus nō p̄t moraliter saturari: s̄z tā-
tū saturāf sensibilib⁹? solutio in p̄tia
specie f. **¶** Adhuc est respōdēdū q̄ ipsa ē
tāta q̄tū gurōnis suū actū augmentare
p̄t. **¶** Queritur / p̄ quē modū gula sub-
leuat appetitū voluntatis / imaginatiōis

et gustus? solutio in primā specie g. **¶** **¶** **¶**
tur / q̄ species gule cōspicit aie et q̄ corpo-
ri? solutio in secunda specie g. **¶** Queritur/
quādo se habet gula in tempore?
solutio in regula h. **¶** Queritur / q̄ sunt
loca gule? solutio in regula i. **¶** Queritur/
gula quomodo est? Respondendum
est q̄ ipsa est per contrarium modū tē-
perantie: et vade ad primā regulā k. **¶** **¶**
tur / gula cū quo est? solutio in sc̄da re-
gula l. **¶** Queritur / utrū gula distet ma-
gis a iusticia q̄ a prudentia? et respon-
dendum est q̄ sic eo q̄ temperācia q̄ est
suū oppositū / cōsistit p̄ cōsistat. **¶** Utrū
gula distet cōsistat a fortitudine et p̄tē-
tia: et respondendū ē q̄ sic: eo q̄ absq̄
temperācia in ipsis esse non potest.

**De questionibus luxurie p̄
principia.** 73



Vtrū luxuria causet luxuriabi-
lia: sicut castitas causat castabi-
lia: et dicimus q̄ sic. Alioquin
luxuria nō haberet cū quo resi-
steret castitati. **¶** Queritur / cū quo luxu-
ria resistit castitati? solutio in p̄tio pa-
ragrapho. **¶** Queritur / per quem modū
luxuria est occasio conscientie? solutio
in sc̄do. queritur / culpa de quo durat? so-
lutio in. 3. **¶** Queritur / p̄ quē modū lu-
xuriosus ē ligatus? solutio in. 4. queri-
tur / luxuriosus an credat⁹ luxuria non
sit peccatū? solutio in. 5. **¶** Queritur / lu-
xuria quare cū pleris signis causat act⁹
substantialis? solutio in. 6. **¶** Utrū lu-
xuria faciat ascendere credere supra in-
telligere? solutio in. 7. **¶** Queritur / lu-
xuriosus cum quo decipit seipsum? So-
lutio in. 8. **¶** Luxuriosus cū quo dispo-
nit se ad labores? solutio in. 9. queritur /
quare intellect⁹ luxuriosus ē obstinatus?
solutio in decimo. querit / an pulchritu-
do et turpitudine cōcordāt? solutio in vii
decimo. **¶** Utrū luxuria sit habitus con-
trarietatis? Ad qd̄ dicendū est q̄ sic: eo
q̄ ipsa ē habitus p̄uersus: et vide i. 12.
¶ Luxuria quomodo est peccatū? solu-
tio in. 13. **¶** Queritur / imaginatio est in-
strumentū luxurie? solutio in. 14. que-
ritur / quid est vltimus finis luxuriosus?
solutio in. 15. **¶** Maior luxuria cū quo
cognoscit? solutio in. 16. **¶** Querit / q̄re
luxuria cōuertendo se multiplicat? solu-
tio in. 17. **¶** Queritur / per quem modū
luxuria in suo subiecto consistit in vno: et
eodem tempore in fieri: et in facto esse?
solutio in. 18.

**De q̄stio-
nibus luxu-
rie p̄ prin-
cipia.**

De questionibus luxurie p
regulas.De qstio
no luxu-
rie per re-
gulas.

Luxure luxuria citi^o incipitur p imaginatiuā q̄ p sententiā: cuius uia signa sunt sensibilia? Solutio in regula b. q̄: ritur / quid est luxuria? Solutio in prima specie e. ¶ Queri^t / utrum luxuria agat per suas speciem? Solutio in secunda specie c. ¶ Queri^t / luxuria ubi est peccatum intenciu^m: et ubi instantaneum / et in instanti: et ubi est in successione? Solutio in tertia specie c. ¶ Quare luxuria habet in homine luxurioso tā magnam potestatem? Et respondendū est ex eo quia suus habitus est. Solutio in quarta specie c. ¶ Cum luxuria sit habitus causans malum magnum: quare dicit q̄ ipsa nihil est? Solutio in prima specie d. ¶ Queri^t / utrum luxuria dependeat a monstruitate morali? Solutio in secunda specie d. ¶ Queri^t / utrum homo sit luxurie et contra? Solutio in tertia specie d. queri^t / quare luxuria est: et e^o dicendū q̄ ipsa est quia sua causa sua est: Et uade ad primam speciem e. ¶ Utrum luxuria habeat quāritatem cōtinuā? Solutio in prima specie f. ¶ Utrum luxuria corrumpat / corrumpedo actus suos? Solutio in secunda specie f. quare est prima qualitas luxurie? Solutio in prima specie g. ¶ Que est secunda qualitas luxurie? Solutio in secunda specie g. queri^t / per quem modum luxuria est in tempore? Solutio in regula h. ¶ Queri^t / luxuria ubi causat suas species? Solutio in regula i. queri^t / luxuria quomodo est? Solutio in prima regula k. queri^t / luxuria cum quo est? Solutio in secunda regula l. queri^t / luxuria cum quo generatur: et cum quo corrumpitur: et respondendū est q̄ ipsa generatur cum corruptione castitatis: et corrumpitur cum castitatis generatio ne. queri^t / quid est remediū luxurie? et est respondendū q̄ est recordari sepe ea que de ipsa dicta sunt: imaginari penas infernales: et gloriam celestialem.

De questionibus
superbie per prin-
cipia.

Superbia sit causa superbitio: sicut hūilitas hūilitati: Et respondendū ē q̄ sic: eo q̄ sunt habitus p̄ri. queri^t / an superbia ascēdit do descendit? Solutio in. 1. pagrapho. queri^t / an superbia minorificat iudicium suum: cum ipsa appetat ipm esse magnum? Solutio in secundo. quare superbia est inimica subiecto in quo est? Solutio in tertio. queri^t / quare potestas superbie contra potestatem humilitati: stare non potest: ad qd̄ dicendū est ex eo q̄ superbia est habitus priuatiuus: hūilitas autē publicatiuus. ¶ Utrum superbia sit habitus superbi? p̄ credere: et descendat per intelligere? Solutio in. 5. queri^t / q̄re est homo superbus: et q̄re per superbiā descendat: et q̄re per uelle descendit? Solutio in. 6. ¶ Utrum superbia sit per credere aut per intelligere? Solutio in septimo. ¶ Utrum superbia sit de genere uirtutū? Solutio in octauo. queri^t / quare homo superbus nō desicit? Respondendū est per hoc q̄ hūilitas quietat: et uide in. 9. queri^t / quare hō superbus nō distinguit: et respondendū ē p̄ hoc q̄ nō cognoscit semetipsum: et uide in. 10. quare superbia h̄z concordatiā cū oibus uirtutibus: ex eo q̄ hūilitas cū oib⁹ uirtutibus concordat: et uide in yndecimo. ¶ re superbia dicit uirtutibus: p̄pter hoc q̄ hūilitas cōtradicit oibus uirtutibus: et uide in. 12. ¶ Utrum superbia sit occasio hūilitatis? Solutio in. 13. q̄ est cā q̄re superbia descendit? Solutio in. 14. q̄re subiecto cuius quo superbia ē nō quietat ob hoc quia ipsum cū hūilitate desicit? Solutio in. 15. ¶ Cū quo maior superbia cognoscitur? Solutio in. 16. quare superbia nō uult sociū equalē? Solutio: q̄ hūilitas uult illuz: et uade ad. 17. ¶ Utrum superbia sit magis per sensum q̄ p̄ intellectum:posito tamē q̄ intellectus credat? Solutio in. 18.

De questionibus superbie
per regulas.

Superbia in qua potētia a se superbia est: inferius et in qua superius? Solutio in regula b. ¶ Queri^t / qd̄ est superbia? Solutio in prima specie c. ¶ Quare superbia est peccatū specificum? Solutio in secunda specie c. ¶ Queri^t / quid est superbia in alijs peccatis? Solutio in tertia specie c. quid h̄z

De qstio-
b^o superbie
p̄ principiaDe qstio-
nib⁹ superbie
p̄ regulas.

Undecima pars

superbia in subiecto in quo est? Solutio in. iij. specie c. ¶ Superbia de quibus est habitus priuatiu? Solutio in prima specie d. Querit que sunt primarie species supbie: et que sunt secundarie? Solutio in scda specie d. ¶ Utrum superbus aliquo modo sit superbie? Solutio. dicendū est qd sic: qd ab ipsa capt? est. Et uade ad tertiam specie d. ¶ Quare est supbia? Solutio in prima specie e. ¶ Querit/ supbia quo tendit? Solutio in secunda specie e. ¶ Utrū superbia cū q̄ritate cōtinua corūpat? Solutio in prima specie f. ¶ Queritur quare superbia hz quantitates discretas? Solutio in scda specie f. ¶ Queritur que est prima passio supbie? Solutio in prima specie g. ¶ Querit que est appropriata passio superbie? Solutio in scda specie g. ¶ Querit superbia quādo incipitur? Solutio in regula h. ¶ Supbia ubi causat suas species? Solutio i regla i. ¶ Querit superbia quomodo est? Solutio in prima regula k. ¶ Querit superbia cum quo est? Solutio in scda regula k. ¶ Utrū superbia inheret alijs peccatis? Et dicendū est qd sic. Ratio huius est: qd humilitas inheret alijs virtutib? ¶ Utrū superbia insit angelo maligno? Et dicendū est qd sic: nā ipse inheret malo.

De questionibus accidie per principia. 74

De q̄stio-
nib? acci-
die p prin-
cipia.

Querit utrū accidia habeat p suā naturā accidibilia: sicut sollicitudo sollicitabilia? Et respondendū est qd sic: vt habeant cum quib? sint cōtrarie. ¶ Queritur/ utrūm accidiosus rōne sue malicie sit accidiosus? Solutio in primo paragrafo. ¶ Querit q̄ accidia ambit pigrītā et sollicitudinē? Solutio in scdo. ¶ Querit accidia cū quib? durat? Solutio in tertio. ¶ Quare homo volens agere bonū/est negligēs? Solutio in. iij. ¶ Quare intellectus sub habitu accidie ignorat eam? Solutio in. v. Cū volūtas sit creata ad diligendū bonū: q̄re odit illud? Solutio i. vj. ¶ Quare accidia iudicat diligentia p vicio? Solutio in. viij. ¶ Quare accidia in veritate est pigra? Solutio in viij. ¶ Quare accidiosus delectat in malis: et pigra in bonis? Solutio in. ix. quare accidia est inimica sciētie? Solutio in x. querit accidia quō agit p cōcordātiā? Solutio in. xi. ¶ Querit accidia cui est p̄traria? Solutio in. xij. queritur pigrītā quō se habeat in causis? Solutio in. xij.

¶ Querit accidia p quē modū impedit bonus? Solutio in. xiiij. quare accidiosus semp est i labore? Solutio i. xv. querit qd est fons vitiōrū? Solutio in. xvi. ¶ Querit per quē modū accidia est fons? Solutio in. xvij. ¶ Querit minor accidia cui est propinqua? Solutio in. xvij.

De questionibus accidie per regulas.



¶ Querit accidia quare min? cognoscit q̄ aliud peccatū? Solutio in regula b. ¶ Querit qd est accidia? Solutio i prima specie c. ¶ Correlatiua accidie a quo sūt? Solutio in scda specie c. ¶ Accidia qd est in alijs vitijs? Solutio i. iij. specie c. querit qd hz pigrītā in bonis: et qd hz in malis? Solutio in. iij. specie c. ¶ Querit q̄re accidia est habit? priuatiu? Solutio in p̄ma specie d. ¶ Accidia de qb? est? Solutio in scda specie d. ¶ Utrū accidia sit ligamē accidiosi ad agendū malū? Solutio in. iij. specie d. ¶ Accidia quare agit per suam specie? Solutio in prima specie e. ¶ Querit quare est accidia? Solutio i scda specie e. ¶ Utrū accidia possit esse mixta cū alijs vitijs sine quātitate cōtinua? Solutio in prima specie f. quare accidia habet actus successiōnis cū nō sit punctatus/ neq; linealis? Solutio i scda specie f. ¶ Querit que est propria qualitas accidie? Solutio in prima specie g. queritur que sunt passiones appropriate? Solutio in scda specie g. ¶ Accidiosus qn vitur tempore? Solutio in regula h. querit accidia ubi est? Solutio in regula i. ¶ Accidia quomodo est genta? Solutio in prima regula k. ¶ Accidia cuz quibus efficitur? Solutio in secunda regula k. querit accidia a quo causatur magis / aut ab intellectu aut a voluntate: et est respondendū distinguendo: videlicet qd ipsa causatur ab intellectu per pigrītā: et a voluntate magis per sollicitudines. Ratio huius est: quia intellectus in acquirēdo species laborat/ voluntas aut nequaq; ¶ Quare ociositas et sollicitudo sūt species accidie? Et respondendū est qd intellectus non habet inherētiā ad viciū propter pigrītā: et ideo causat ociositātē/ voluntas autem propter inherētiā quā habet ad malū/ causat sollicitudinē.

De q̄stio-
nibus acci-
die per re-
gulas.

De questionibus inuidie et primo per principia.

De q̄stio-
nib⁹ inui-
die: p̄mo
per princi-
pia.



Utrū iuidia habeat iuidia-
bilia sicut sensiuua sensibi-
lia? Ad q̄d dicitur est q̄ sic:
alioq̄n iuidia nō est p̄m̄
specificū. Verūtāme sēcti-
